

Samuelis Battierii, [...] observationes in diogenem Laërtium

Autor(en): **Battier, Samuel**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum**

Band (Jahr): - **(1749)**

Heft 15

PDF erstellt am: **30.06.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-394650>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern. Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.



SAMUELIS BATTIERII,

Ling. Græc. in Acad. Basil. Prof. Ord.

(*) OBSERVATIONES

in

DIOGENEM LAËRTIUM.

Cum ante aliquot annos illustre Opus Diogenis Laërtii de Vitis, Dogmatibus &c. Philosophorum intentius aliquanto pervolvissem, non absque stupore animadverti, tot adhuc loca apud istum Auctorem reperiri, quæ optime quidem habentia, neutiquam hæctenus intellecta, vel saltem non satis bene explicata sint: alia autem, quorum gravissimum vitium detectum quidem, aut vel infeliciter tentatum, vel ut *ἀνίατος* prorsus relictum est: alia insuper, quod omnium gravissimum, quorum pessimi morbi ne huc usque a quoquam agniti quidem sunt; cum tamen, quod quis miretur, tot tantique Celeberrimi Viri, ut Th. Aldobrandinus, Henr. Stephanus, If. &

Tom. IV. Y Mer.

(*) Istas Observationes Battierianas debemus studio Viri præstantissimi J. W. HERZOGII, Basileensis, qui etiam suas quasdam Suspiciones criticas adjecit.

Mer. Casauboni, M. Meibomius, Aeg. Menagius, alii, quibus & non ita pridem accessit Vir Clariss. Joach. Kühnius Profess. Argent. extiterint, qui in illustrando & emendando isto Auctore operas suas & labores omni laude dignissimos certatim impendunt; Quare quædam in isto Auctore mihi observata proponam.

Lib. I. in Vita Solon. Segm. 52. Edit. Amst. p. 31.

Ἐὶ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δὲ ὑμετέρην κακότητα,
 Μὴ τι Θεοῖς τέτων μοῖραν ἐπαμφέρειε.
 Ἄυλοὶ γὰρ τέτρε ἠυξήσατε, ῥύσια δόντες,
 Καὶ διὰ τρῦτα κακὴν ἔχετε δελοσύνην.

Quid vox ῥύσια proprie sibi velit in istis versibus, quos Solon exul patria, ut quidem vult Laertius, in patria vero existens, ut Plutarchus in Vita ejusdem, ad Athenienses Populares suos a Peisistrato τυραννευομένους scripsit, quid inquam hic τὸ ῥύσια designet neutiquam ab Interpretibus satis expressum: Aldobr. quidem *pignora* explicat: Ambros. a Meibom. accuratus totum versum ita reddit: *Hos nam ipsi immunes vestra fovistis in urbe: neuter bene: Vox certe ῥύσιον a ῥύμαι, quod inter alia custodio, tueor designat, deducta nil aliud est quam custodia, φυλακὴ, quodque apud Plutarch. c. l. in illis ipsis versibus ἔρυμα vocatur: loco enim quod hic est ῥύσια δόντες, apud istum ἔρύματα δόντες legitur: Hesych. ἔρυμα, ὀχύρωμα, φυλακὴ, κάλυμμα, φύλαγμα.* Hanc quidem custodiam Peisistratus dolo ita ab Atheniensibus obtinuit; Nam ille tyrannidi inhians, & a multo tempore *δημαγωγῶν καὶ κολακείων Ἀθηναίους*, ut Solon in Epilt. ad Epimen. apud Laert. c. l. jamque propter alia egregia facinora

nora εὐδοκίμης in magna existimatione existens, se ipsum in agro vulneribus deturpat, venit in urbem, clamitat se ab inimicis suis tam pessime affectum, simul obtestatur, ne se perire sinant, sed sibi custodiam adjungant, ἐδέετο τῆ δῆμῳ φυλακῆς τινὸς πρὸς αὐτὴ κυρῆται, Herodot. Clio, c. LIX. Populus deceptus hisce contra monita Solonis fidem adhibet, decernit ei in corporis custodiam quinquaginta viros κορυνηφόρους, ut Plutarch. c. l. Ἀρίστωνος δὲ γράφαλος ὅπως δοθῶσι πενήκοντα κορυνηφόροι τῷ Πεισιστράτῳ, φυλακὴ τῆ σώματος: quos ad quadringentos ipsemet post auxit, cum quibus non multo post imperium prorsus adeptus est. Vid. plura apud istos Auct. c. l. Hæc itaque ῥύσια, quæ Athenienses Peisistrato dedisse exprobrat Solon, nil aliud sunt, quam isti κορυνηφόροι ad custodiam Peisistrato dati, cum quibus tandem in servitutum ab ipso sunt præcipitati.

Ib. Segm. 58.

Λόγον εἰδωλον εἶναι τῶν ἔργων· βασιλέα δὲ, τὸν ἰχυρότατον τῆ δυνάμει.

In omnibus Editionibus σίξλαι post το ἔργων, ast σίγμα delendum puto, & existimo posteriora ad λόγον referenda, ut dicatur: *Sermonem esse Regem potentissimum.* Vide Lucian. de Hercule Gall.

Ib. in Cleobulo S. 93.

Πολλοὶ μὲν τινες εἰτὶν ἑταῖροι, καὶ οἶκος παντὶ.

H. Stephanus dicit in quibusdam legi τύνη, & existimat ferendum non esse. Videndum tamen an non τύνη dativo casu dicatur, & ego reponerem: Πολλοὶ μὲν τύνη ἐπὶ [προ εἰσι] ἑταῖροι, καὶ οἶκος πάν-

τη, non παλί: *Socios multos & domum habes ubicun-
que. i. e. Tibi patria & bene est omnibus locis.*
(a) Et post Νᾶσος πελαγία, *insula maritima*, ridi-
cule. Nam quæ insula non est maritima? Sed
potius: *quæ non longe a continente sit*, quasi a πελά-
ζῳ, unde Hesych. Πελαγίζειν, ἐγγίζειν, πλησιάζειν,
nam Rhodus non procul a continente Asia.

Ib. in Anacharf. S. 101.

Οὗτος ἐποίησε τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων,
καὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν, εἰς εὐτέλειαν βίης, καὶ
τὰ κατὰ τὸν πόλεμον, ἔπη ὀκλακόςια.

Interpr. *Ad frugaliorem ac viliozem victum.* Viden-
dum an non εὐτέλεια potius modum bene transi-
gendi significet.

Ib. S. 102. E. A. p. 65.

Ἐνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἔφη, νῦν αὐτὸς ἐν τῇ
πατρίδι εἶναι.

Omnino ἐλθὼν in ἐλῶν mutandum, dein recte
cum Casaubono αὐτὸν pro αὐτὸς ponendum: ἐλῶν
vero hic est: *arripens responsionem Solonis contra se
prolatam, & eam pro se ipso in instanti contra ipsum So-
lonem vertens.* Simili sensu adhibetur etiam ista
vox apud eundem Laert. l. IV. Vit. Carnead. Segm.
63. Ὅθεν εὐσόχως ἐλόνηα ἀμείψασθαι, ubi quidem
male Kühnius ἐλθόνηα legendum voluit; sic prom-
te ἐλῆσα mulier Cananea apud Matth. XV: 27.
sermo.

(a) Si conjecturæ locus adhuc supersit, legerem:
Πολλὰ μὲν ἐντὶ νῆσοι (vel νῆσοι) ἕτεροι. Id quod seqq. ver-
ba postulare videntur, J. W. H.

sermonem Salvatoris respondit: Ναὶ Κύριε • καὶ γὰρ
τὰ κυνάρια ἐδίει ἀπὸ τῶν ψυχίων. &c.

Ib. in Epimenid. S. 110.

Ὁθεν Ἀθηναῖοις τῶ τε λοιμῶ κατεχομένοις ἔχρη-
σεν ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν· οἱ δὲ πέμπτεσι &c.

Lego: Ὁθεν Ἀθηναῖοι ὅτε λοιμῶ κατεχομένοις ἔχρησεν
ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν πέμπτεσι.

Ib.

Τῶ προσήκοντι Θεῶ.

Interpr. loci ejus proximo Deo. Verto. Deo conve-
nienti. Mihi suspicio est pro ἀωνύμους βωμῆς, πο-
situm fuisse εἰνοδίους. Ἐινοδῖοι, τοῖς πρὸς τῇ ὁδῷ οἰκία
ἔχουσιν. Hesych.

Ib. S. 113.

Ἄλλ' αἶκε Πεισίεραλος κατὰχεθῆ τὰν πόλιν.

Scribendum existimo κατὰσχεθῆ. Hesych. σχέθω,
κατέχω: & contra mentem Menagii ἐλευθεριάξαντας
servandum.

Ib. S. eod.

Ἄν δέ πη πλασίειν ἐγκύρσωσί τοι τήνω τοι φίλοι,
δειμαίνω μή τι δεινὸν πάθῃς.

Hoc δέ πη πλασίειν merito suspectum est, unde lo-
cus iste varie a variis tentatus: Aldobr. vertit: Sed
si alicubi apertis in locis ejus tibi amici occurrant, ne
quid mali tibi accidat timeo. Meib. Si vero illius amici
forte ut fit in itinere inciderint. &c. If. Casaub. putat
legendum esse πλασίειν, & πλασίειν continentem di-
ctam existimat: addit tamen posse etiam πλασίειν

positum videri pro πλησίας subaud. γῆς. - Menag. aliqua ex parte Casauboni subscribit conjecturæ; dubitat tamen an non legendum sit αἰ δὲ πῆ πλανη-
 θῆς καὶ ἐγκύρτωνί τοι τήνω φ. i. e. si vero alicubi va-
 gus fueris, ἔσ' occurrent tibi ejus amici. vel αἰ δὲ πῆ
 πλανηθείης, ἐγκύρτωνί τήνω ποι φ. si quo vageris, oc-
 current tibi alicubi ejus amici. Imo & Kühnius heic
 symbolum suum affert, & existimat legendum esse
 αἰ δὲ πῆ πλανυτεία, si vero alicubi inter vagandum,
 vel in errore, ac si a πλανύτῳ, quod πλανῶ, esset
 deductum. Ast nullum horum veram huic loco
 medelam attulisse prorsus sum persuasus, nec no-
 va vocabula fingenda, ubi commodior medicina
 haberi potest; Quare omnino legendum puto:
 αἰ δ' ἐπ' ἄλλα τοῖα ἐκ. τ. τ. φ. Epimenides enim So-
 lonem exulem hinc inde errantem, cum dehorta-
 tur ab isto errore, & ad se in Cretam invitatur,
 quando dicit, τὸ δὲ μὴ ἀλάθει, ἀλλ' ἔρπε ἐς Κρήτην
 ποθ' ἄμμε, infert αἰ δ' ἐπ' ἄλλα &c. quod si enim ejus,
 sc. Peisistrati, amici in ista vagatione in te incidierint,
 metuo ne quid mali patiaris.

Ib. S. 114.

Ἰδόντα γῆν (sc. Ἐπιμενίδην) τὴν Μενυχίαν παρ'
 Ἀθηναίοις, ἀγνοεῖν, φάναι, αὐτῆς, ὅσων κακῶν
 αἴτιον ἔσαι τῆτο τὸ χωρίον αὐτοῖς· ἐπεὶ καὶ τοῖς
 ὁδοῖσιν αὐτὸ διαφορῆσαι. - Λέγεται δὲ ὡς καὶ πρῶτος
 αὐτὸν Ἀιακὸν λέγει, καὶ Λακεδαιμονίοις προείπει
 τὴν ὑπὸ Ἀρκάδων ἀλωσιν.

Verba hæc λέγεται ὡς καὶ πρῶτος αὐτὸν Ἀιακὸν λέγει
 merito H. Casaubono & Menagio suspecta erant,
 nec tamen ab iisdem emendata. Interpretes ea-
 dem sic reddunt: Fertur ἔσ' Epimenides primus se Aea-

cum

cum dixisse. At, bone Deus! quo pacto hoc ullatenus esse possit, ut Epimenides primus se Aeacum dixerit? quid an non diu ante bellum Trojanum Aeacum avum Achillis vixisse pervulgatum est? hoc forte videns Is. Casaub. malit legisse *πρῶτον*, ut esset *Epimenidem prius Aeacum nominatum fuisse.* Ego Eruditis considerandum propono an non verisimillimum sit Auctorem scripsisse λέγειαι δὲ ὡς καὶ πρῶτος αὐτὸ Ἀιακὸς λέγει, ut sit: *Fertur autem quod primus, longe ante Epimenidem, hoc ipsum, vaticinium nempe de Munychia, Aeacus praedixerit: & suspicor hunc Aeacum, de quo ista fama ferebatur, eundem fuisse, cujus in honorem Athenienses apud Herodot. lib. V. c. LXXXIX. fanum erexerunt, & quem apud eundem l. VIII. c. LXIV. universa Classis Græcorum apud Salamina congregata in auxilium contra Persas implorant.* Vid. & de isto Aeaco Strabon. l. VIII. p. 430. [a]

Y 4

Ib.

[a] Hanc Conjecturam Cl. Auctor Specimini suo Philolog. A. 1695. inseruit, ad eam autem ejus Respondens D. J. CHR. ISELIUS (summus dein Polyhistor, Philologus ac Theologus noster b. m.) in suo Exemplari (quod nobis Vir Ampliff. D. J. RUDOLPHUS ISELIUS J. U. D. Seren. Princip. Bada. Durlac. a Consiliis Aul. & Reg. Berolin. Societ. Scient. Soc. &c. pro liberalitate sua inspiciendum dedit, cui propterea hic publice gratias agimus) sequentia adnotavit: Male, meo quidem judicio, & longe præferam Casauboni conjecturam legentis *πρῶτον*, prius. Sensus est: Epimenidem prius Aeacum se appellasse, scilicet tempore Belli Trojani. Ut nimirum Pythagoras dicebat, ante se Euphorbum fuisse appellatum; sic Epimenides, qui, ut est in sequentibus, *προσεποίησε πολλὰς ἀναβεβιωκέναι*, dicebat olim se fuisse Aeacum nominatum. Adde, quod si quidem hæc emendatio vera esset, dicen-

Ib. S. 115.

Καὶ δὴ καὶ ἐλείφθησαν πρὸς Ὀρχομενῶ.

Scribo: ἐλείφθησαν. Si non fallor crebrius occurrit apud Herodotum.

Ib. L. II. Anaxag. S. 7.

Ὅου φρονιζῶν τῶν πολιτικῶν· ὅτε καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα· Οὐδὲν &c. Scribe: Ὅθεν.

Ib. S. 8.

Καὶ μείζω τῆς Πελοποννήσου. Scribe: ἔ μείζω.

Ib. S. 11. E. A. p. 86.

Ἐπὶ πλεῖον δὲ προσῆναι τῷ λόγῳ Μητρόδωρον.

Legendum videtur προσεῖναι τὸν λόγον· sive τέτοιον τὸν λόγον.

Ib.

dum fuerat non Epimenidem, sed Aeacum Lacedæmonis cladem ab Arcadibus imminentem vaticinatum fuisse: Atqui diserte id vaticinium Epimenidi tribuitur in sequentibus: Κρησὶ τε προειπεῖν τὴν Λακεδαιμονίῳ ἦταν ὑπὸ Ἀρκάδων, κατὰπερ προείρηται. Sed in eo errat Dn. Auctor, quod Aeacum istum diu antea vixisse arbitratur, atque adeo ante Epimenidem, putatque eundem esse cum eo, cujus auxilium, teste Herodoto, Classis Græcorum apud Salamina congregata contra Persas imploravit. Atqui Salamina illa pugna, adeoque & Aeacus iste 100. demum annis post Epimenidem, quippe qui Pisistrati & Solonis temporibus vixit, exstitit. Qui ergo ille ante Epimenidem id vaticinari potuerit? J. W. H.

Ib. S. 13.

Ὅτε καὶ ἀμφοτέρων. Scribendum forte: ὅθεν.

Ib. S. 15. E. A. p. 89.

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀναξαγόραι, ὧν ἐν ἔδενι πάντα· ἀλλ' ὁ μὲν ἦν ῥήτωρ Ἰσοκράτειος· ὁ δ' ἀνδριάντιοιός, ἔ μέμνηται Ἀντίγονος· ἄλλος Γραμματικὸς Ζηνοδότειος.

Quid sibi velit ὧν ἐν ἔδενι πάντα non satis liquet: Aldobr. vertit, quorum in nemine omnia. Ambr. non melius: M. Casaub. vult esse, qui non pauci omnes. Mihi videtur omnino in ἐν ἔδενι subaudiendum λόγῳ esse, & tum erit ἐδενόσωρον, ἐδεμίας φρονίδος, ἐδενὸς λόγῳ ἄξιον: & proin locum ita scribendum existimo: ἀλλ' ἐν ἔδενι πάντες· ὧν ὁ μὲν ἦν ῥήτ. &c. vel ὧν ὁ μὲν ἦν ῥήτωρ. &c. Γραμμ. Ζηνοδότειος· ἀλλ' ἐν ἔδενι πάντες, vel ἀλλ' αὐτῶν ἐν ἔδενι πάντα: Sed omnes hi nullius existimationis, nullius pretii sunt: vel omnia ipsorum nullius valoris sunt. (a)

Ibid. in Archel. S. 16.

Υ 5

Ἐλεγος

(a) Idem Vir Summus J. CHRIST. ISELIUS ibid. ad h. l. scribit: Ego non assentior Auctori; Etenim Ἀναξαγόρῃ Statuarii, & insignis statuæ in Olympia consecratæ, & ab eo fabrefactæ, meminit Pausanias in Eliac. ut adeo non possint ejus opera videri ἐδενόσωρα. Ego τὸ ὧν ἐν ἔδενι πάντα reddiderim: Quorum omnia interierunt. Similis videtur Phrasis, quæ est apud Demosthenem: Μηδὲν εἶναι, mortuum esse, & in Act. Apost. c. V. v. 36. ubi de Theuda ejusque affeclis: Διελεύθησαν, καὶ εἰς ἔδεν ἐγένοντο. J. W. H.

Ἐλεγε δὲ (sc. Ἀρχέλαος) δύο αἰτίαι εἶναι γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρὸν. -- Ὁ δὲ λόγος αὐτῷ ἔτως ἔχει· τηκόμενον φησὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τῆς θερμῆς, καθὸ μὲν εἰς τὸ πυρῶδες συνίσταται, ποιεῖν γῆν· καθὸ δὲ περιγίρει, αἶρα γεννᾶν.

Quæ Aldobr. ita vertit: *Rerum autem ortus duo esse initia ajebat caliditatem & frigiditatem. . . . Ratio autem ab eo sic instituitur, humorem, inquit, calore liquefactum, perinde ut ex ignea concrefcit natura, (ac si esset ἐκ τῆς πυρῶδης) sic terram efficere: ut vero diffluit, sic aërem gignere. Ambros. Duas esse generationis causas aserebat, calidum & frigidum. . . . Hac autem ratione nitebatur: Lipientem calore aquam, qua in igneam naturam consistit, terram efficere, &c. Hem! aquam a calore liquefactam quatenus in igneam naturam consistat, terram efficere! Quis unquam tale quid Archelaum loquutum esse, aut Laërtium scripsisse somniare ausit? Certe Heraclitus & Hippasus Metapontinus, qui quidem ignem principium rerum statuerunt, in consimili materia longe aliter loquuntur apud Plutarch. in π. τῶν ἀρέτων. τοῖς φιλοσ. lib. 1. c. 3. Τέτρα δὲ (τῆς πυρῶδης) κατασβενημένα, κοσμοποιεῖσθαι τὰ πάντα· πρῶτον μὲν γὰρ τὸ παχυμερές αἶμα εἰς αἶμα συσπλόμενον γῆν γίνασθαι. Certissimam itaque corruptionem hujus loci & quidem in voce πυρῶδες esse existimo; pro qua nullus dubito scriptum fuisse πυλωδες, aut si hoc non placet, potius παρῶδες: (a) unde apud Plutarch. in π. πρῶτ. ψυχρ. alii Philos. de terræ concretionem quomodo contingat dicentes sic loquun-*

(a) Quid si legatur πυκνῶδες? J. W. H.

quuntur: "Ομοίαν ἐκπαγῆ μὲν τὸ ὑγρὸν, ἐκθλιβῆ δὲ τὸ θερμὸν· ὅθεν ἢ μὲν ἐν βάθει γῆ πάχος ἐστὶν ὡς εἰπεῖν καὶ κρύσταλλος ἅπαντα. Si non tale, certe non dissimile; & mens Archelai erit, *Aquam a calido seu igne solutam & liquatam quatenus ejus portio in lutosam & crassam seu solidam materiam concrefcit, producere terram; quatenus vero subtilior ejus pars circumfluit, aërem.* Frustra interim, ne & hoc obliviscamur, hic est Meibom. & qui ipsi suffragatur Menag. qui pro ψυχρὸν, ὑγρὸν ponendum esse contendit: omnino enim illud retinendum est, & quidem per τὸ ψυχρὸν nil aliud hic intelligi quam τὸ ὕδωρ quod ὑγρὸν, abunde liquet; & apparet hinc Archelaum etiam ex illis fuisse, qui aquam τὸ πρῶτως ψυχρὸν dixerant, quales fuisse Empedoclem & Stratonem Plutarch. in π. τ. πρ. ψυχ. dicit; Similiter Parmenides per ψυχρὸν terram intelligit, sic n. Aristot. Physic. lib. I. c. 5. Παρμενίδης θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἀρχὰς ποιεῖ· ταῦτα δὲ προσαγορεύει πῦρ καὶ γῆν. Quo pacto tamen Plutarchus cum Laërt. de Archelao conveniat nondum video: sic enim ille in π. τ. ἀριστ. τ. φιλ. lib. I. c. 3. Ἀρχέλαος Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος ἀέρα ἀπειρον, [sc. ἀρχὴν τῶν ὄντων ἔλεγε] καὶ τὴν περὶ αὐτὸν πυκνότηθα καὶ μάνωσιν· τῶτων δὲ τὸ μὲν εἶναι πῦρ· τὸ δὲ ὕδωρ.

Ibid. in Socrate S. 29. E. A. p. 98.

Ἐυθύφρονα δὲ τῷ πατρὶ γραψάμενον ξενίας δίκην, περὶ ὅσις τινὰ διαλεχθεὶς ἀπήγαγε.

Interpp. *Euthyphrona autem qui peregrinitatis iudicium, diem, patri intenderat, &c.* Falsum hoc esse recte observat If. Casaub. ut enim Plato in Ἐυθύφρ. νόμος erat hæc δίκη non ξενίας: quare ille pro ξενίας
repro-

reponendum cum Ant. Mureto censet *ξενικονίας*:
 optime quidem quod ad sensum, nam ille qui
 per Euthyphronis patrem moriebatur erat ejus
ξένος, sic enim Euthyphron. apud Plat. c. I. ἐπεὶ
 ὄγε ἀποθανὼν, πελάτης τις ἦν ἐμός· καὶ ὡς ἐγεωργῆ-
 μεν ἐν τῇ Νάξῳ ἐθήτευεν ἐκεῖ παρ' ἡμῖν. Ego potius
Laërtium ἀξενίας scripsisse putem, quod facillime
 per vocalis *α* obliterationem in *ξενίας* transire po-
 terat.

Ib. S. 47. E. A. p. 108.

Τῶν δὲ διαδεξαμένων αὐτῶν, τῶν λεγομένων Σωκρα-
 τικῶν, οἱ κορυφαῖότατοι μὲν Πλάτων, Ξενοφῶν,
 Ἀντιθένης· τῶν δὲ φερομένων δέκα οἱ διασημώτατοι
 τέσσαρες, Αἰχίνης, Φαίδων, Εὐκλείδης, Ἀρίστιπ-
 πος. λεκτέον δὲ πρῶτον περὶ Ξενοφῶντος. εἶτα
 περὶ Ἀντιθένης ἐν τοῖς Κυνικοῖς. εἶπεια περὶ τῶν
 Σωκρατικῶν. εἶθ' ἔτι περὶ Πλάτωνος· ἐπεὶ καλῶς
 χει τῶν δέκα αἰρέσεων, καὶ τὴν πρώτην Ἀκαδημίαν
 αὐτὸς συνεστήσατο. ἢ μὲν ἔν ἀκολουθίᾳ τῶν ἐχέτω
 τὸν τρόπον.

Hic Auctor ostendere vult ordinem, quem porro
 observaturus esset in describendis Vitis Philos. proin
 levi brachio neutiquam, ut haecenus quidem fa-
 ctum, illa sunt tangenda, verum accuratius dispi-
 ciendum num sequentia cum istis conspirent: Ubi
 attendenti contraria fere omnia occurrent; Primo
 scribit se dicturum de Xenoph. quod equidem sta-
 tim fit post absolutam Vitam Socratis: dein hic
 sequitur de Antisthene in Cynicis, & post de So-
 craticis dicturum, at demum lib. VI. Antisthenis
 ut & reliquorum Cynicorum Vitæ habentur, So-
 craticorum vero mox Xenophontem insequuntur,
 &

& totum librum istum secundum absolvunt, quem claudit his verbis: Καὶ ἔτσι μὲν οἱ Σωκρατικοί, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν • μετιτέον δὲ ἐπὶ Πλάτωνα: & quidem tertium totum librum in Vita Platonis constituit, de quo tamen hic ultimo post Cynicos scriptum iri promittitur. Fæde itaque istum locum corruptum esse, & transposita omnia apparet, nec quod mireris a quoquam huc usque istud observatum: Ea proin ita ordinanda & scribenda sunt: Δεκτέον δὲ πρῶτον περὶ Ξενοφῶντος • ἔπειτα περὶ τῶν Σωκρατικῶν. εἶθ' ἔτσι περὶ Πλάτωνος, ἐπεὶ κατάρχει πρῶτης τῶν δέκα αἰρέσεων, καὶ τὴν πρῶτην Ἀκαδημία αὐτὸς συνεσήσατο • εἶτα περὶ Ἀντιθένης ἐν τοῖς Κυνικοῖς. Ubi insuper notandum me pro κατάρχει τῶν δέκα αἰρέσεων ponendum esse non absque caussa existimare κατάρχει πρῶτης τῶν δέκα αἰρέσεων. Plato namque, ut notum est, non decem Sectarum (ut alias sensus esset) auctor erat, sed certe primæ solum earum decem, quas Laërt. in proœmio sui Operis S. 18. Ed. Amst. p. 12. enumerat his verbis: Τῆ δὲ ἡθικῆ γεγονόσιν αἰρέσεις δέκα, Ἀκαδημαϊκὴ, Κυρηναϊκὴ, κ. λ. & verisimillimum mihi est imperitos Librarios istud πρῶτης reliquisse, superfluum illud existimantes propter sequens πρῶτην, qualia scioli illi plurima fecerunt: qua de re magnopere Viri eruditi semper conqueri necesse habuerunt. Quod si tamen πρῶτης nullatenus placet, non dissimile tamen adjiciendum omnino existimo: & qui melius & plausibilis quid attulerit, næ debitas illi gratias lætus habuero.

Ib. in V. Aristippi S. 91. E. A. p. 134.

Τὸν σοφὸν μήτε φθονήσῃν, μήτε ἐραδιήσεσθαι, ἢ δεισιδαιμονήσῃν • γίνεσθαι δὲ ταῦτα παρὰ κενὴν δόξαν.

Istud

Istud ἐραθήσεσθαι merito suspectum esse debet: nam quo pacto verisimile sit τὸ ἐραθῆναι damnasse istos Philosophos Cyrenaicos? qui ἡδονὴν, τὴν λείαν κίνησιν, τὸ τέλος esse statuerunt, & quorum Secta originem habuit ab Aristippo, qui Διονυσίῃ ποτὲ, τριῶν ἑταίρων ἕσῳν, μίαν ἐκλέξασθαι κελεύσαντος, τὰς τρεῖς ἀπήγαγεν, εἰπὼν, Ὅτι τῷ Πάριδι συνήνεγκε μίαν προερίναι. ut Laërt. lib. II. S. 67. E. A. p. 119. Imo & quod plus est Theodorus, qui ab eodem fonte sua hausit, aperte docuit, ut Id. ib. S. 99. E. A. p. 138. Ἐυλογον εἶναι τὸν σπουδαῖον κλέψειν τε καὶ μοιχεύσειν καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ. μηδὲν γὰρ εἶναι τῶν αἰτηρῶν φύσει, τῆς ἐπ' αὐτοῖς δόξης αἰρομένης, ἢ σύγκειται ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων συνοχῆς. φανερῶς δὲ τοῖς ἐρωμένοις ἀνευ πάσης ὑφοράσεως χρήσεσθαι τὸν σοφόν. Quare omnino pro ἐραθήσεσθαι scribendum puto ἐριδίσεσθαι quod φιλονεικῆσειν. Hanc meam suspicionem etiam confirmat & auget illud quod additur, γίνεται δὲ ταῦτα παρὰ κενὴν δόξαν, quod non est, ut male Interpr. *inanis opinio*, sed ipsa κενοδοξία, *inanis gloriae studium & captatio*: Certe si quæ alia hæc tria φθόνος, φιλονεικία, & δεισιδαιμονία ortum suum debent tali κενοδοξία, gravissimo & homini ita familiari vitio, ut non immerito Plato dixerit, ut testantur Nicesphor. Callist. lib. XIV. c. 10. ut & Athen. Dipsosoph. l. XI. τὴν κενοδοξίαν, ὡς τελευταῖον χιτῶνα τὴν ψυχὴν ἀποτίτεσθαι.

Ib. S. 93. E. A. p. 135.

εἶναι δὲ τὸν σοφόν, προκοπὴν τε ἀπολείπει καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις.

Aldobr. *Esse autem sapientem, atque etiam in philosophia, & in aliis progressionem relinquunt.* Ambr. *Esse autem*

autem sapientem cui profectum quendam in philosophia cæterisque in honestis artibus relinquunt. Pessime: H. Casaubonus quin locus iste corruptus sit nullus dubitat, sanatum tamen putat si *σιγήμῃ* post *σοφὸν* ponatur: ita quidem ut tum verba, *εἶναι δὲ τὸν σοφὸν*, ad proxime præcedentia referantur, posteriora vero ad quæstionem olim in scholis vexatam, quid esset *προκοπή* & an esset? ita ut dicat Laertius Aristippum *προκοπήν ἀπολείπειν.* Verum locum istum distinctionem post *σοφὸν* prorsus tollendo, & *τε* in *τοῖς* mutando, omnino sanatum judico, ut sit: *σοφὸν προκοπήν τοῖς ἀπολ.* & sensus erit: *Sapientem esse eum, qui faciat, ut proficiant & progrediantur ii, qui deficiunt tum in philosophia, tum in reliquis rebus.*

Ibid. in V. Mened. S. 130. E. A. p. 155.

Ἐτι καὶ μάλλον ἀτειρότερον ἐνέκειλο, δεικνὺς ἐπὶ τῆς δυσίας, ὡς χρὴ πάντα καιρὸν φιλοσόφων ἀκθεῖν.

Hæc morbo eoque non levi laborare in confesso est; quem proin ut sanitati pristinae redderent docti Viri, ast nisi me maxime fallo, *ἐκ ἐπιτετευγμένως*, sategerunt. Primo τὸ ἀτειρότερον non video cur in Lond. & Amst. loco τῆ ἀψήροτερον, quod cæd. Editt. & Msc. Reg. habere dicit Menag. impositum sit: nec Kühnii ἀτηρότερον melius: omnino ἀψήροτερον servandum puto. Illud autem *δεικνὺς ἐπὶ τῆς δ.* majorem difficultatem habet: Amst. prorsus omittit ἐπὶ τ. δ. H. Casaub. vertit, *probans per illa quæ de sacrificio dixerat*, & dicit forte legendum esse *δεικνὺς ὡς ἐπὶ τ. δ.* & sic putat perspicuam magis fore sententiam. Kühnius operosius longe curam hujus loci molitur: primo ex *δυσίας* invertit *ρυσίας*,
&

& dein istud ex παρρησίας corruptum putat, ut fuerit ἐπὶ τῆς παρρησίας, *pro libertate loquendi, per summam loquendi libertatem.* Verum neutiquam hisce subscribere possum, potius existimo scribendum esse: Δεινὸς ὡς ἔ μόνον ἐπὶ τῆς θυσίας, ἀλλ' ὡς χρῆ η. φ. κ. α. & sic planissima erunt omnia, sensus enim: *Et eo adhuc acerbius, vehementius instabat, ostendens non solum in festo, sed semper philosophos audiendos esse: Si legantur quæ proxime hisce apud Auctorem præcedunt, ista emendatio minus forte improbabitur. (a)*

Ib. S. 137. E. A. p. 159.

Καὶ ποτε φασὶν Ἀρχιπόλιδος τριχίλια αὐλοῖς διαγυράψαντος, σπριζομένους περὶ τῶ τὶς δεύτερος ἄρη, μηδέτερον λαβεῖν.

Quid hic sibi velit σπριζομένους, quod etiam habent Edit. Stephani & Basilienf. ut & alii Codd. ut dicit Menag. nec non & Codd. Arundel. ut Th. Gale in Var. Lect. Laërt. omnino sum nescius: pro hoc Edit. Lond. habet ἐριζομένους, quod & Aldobr. & Ambros. legerunt, vertunt enim, *ambobus contententibus, cum esset orta amica contentio:* Verum istud ἐριζομένους concoquere cum Menag. neutiquam possum. Prorsus suspicor scribendum esse ὡς ἰζομένους, quod facillime in σπριζομέν. vel ἐριζομέν. corrumpi potuit; & quidem ὡς ἴζεσθαι est ὡς εἶσθαι, & sumitur communiter de iis, *qui se invicem tridunt & repellunt, ubi quilibet prior aliquo in loco esse, vel ali-*
quid

(a) Hunc Laërtii locum varie valdeque ingeniose sanitati restituere conator V. Cl. WILH. TRILLERUS in Observ. Crit. l. IV. c. 3. quo curiosum Lectorem ablegamus. J. W. H.

quid accipere nititur, & propterea alios a se remouet:
Sic apud Aristoph. Πλάτ. δρ. β'. σκ. β'. σ. ή.

Δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλῃ μὲν εἴνεκα
'Ωσιζόμεσθ' ἕκαστ' ἐν τῇ κλησίῳ,
'Αὐτὸν δὲ τὸν πλεῖστον παρείην τῷ (non τῷ ut
vulgo scrib.) λαβεῖν.

ubi Scholiast ὠσιζόμεσθα, ὠθέμεθα, παρὰ τὸ ἐξω-
θεῖν τὸν ἐπερχόμενον. Hic autem accipitur de iis,
qui se invicem protrudunt, & ita monent, ut ante se
aliquid sumant, & priores accedant. Sic itaque hic
ὠσιζόμενος περὶ τῆς τίς δεύτερος ἀρῆ designat, Mene-
demum & Asclepiadem se invicem trusisse, & unum al-
terum hoc modo hortatum fuisse ut prior acciperet, & ita
certasse inter se de eo quis posterior sumeret; Nam pro-
pter amicitiam arctissimam & ἑδέν τι διαφέρεισαι Πυ-
λάδε φιλοσογίας, ut ibid. Laert. alter alteri prio-
rem sumendi locum concedere cupiebat, & sic
cum neuter alterum præcedere volebat, neuter
sumsit.

Ib. S. 138.

Ὁ μὲντοι Ἀσκληπιάδης προκατέστρεψεν ἐν Ἐρεθρίῳ
γηραιὸς ἤδη, συζήσας τῷ Μενεδήμῳ σφόδρα εὐτε-
λῶς ἀπὸ μεγάλων ὅτε καὶ μετὰ χρόνον ἐλθόντος
ἐπὶ κῶμον ἐρωμένῃ τῆς Ἀσκληπιάδης, καὶ τῶν νεα-
νίσκων ἀποικειόντων αὐτὸν, ὁ Μενέδημος ἐκέλευσεν
εἰσδέξασθαι, εἰπὼν, Ὅτι Ἀσκληπιάδης αὐτῷ, καὶ
καὶ αὐτῆς γῆς ἂν, τὰς θύρας ἀνοίγει.

Gravis in hisce latet error, totum proin locum
prolixius exscripsisse non piget, nec ille quidem a
quoriam hætenus observatus est, unde si Interpp.
versiones minus congruæ fuerint, mirum nullum

cuiquam debet esse: en Ambrosii suam (Aldobr. non meliorem), posteriorum quidem tantum, cum in illis præcipua lateat difficultas: *Fertur post aliquantum temporis cum Asclepiadis amasius ad convivium venisset, arcerentque illum januis adolescentes, Menedemum jussisse introduci, ac dixisse, Asclepiades etiam sepultus ei januas aperit.* Hem! quid amabo te hic cum Asclepiadis amasio? Mirum est quenquam, nisi pituita nares penitus obstructum, vitium in hisce non agnovisse; Utique Auctor hæc posteriora apposuit in testimonium prioris suæ asfertionis, quando dicit Asclepiadem *jam senem γηραιὸν ἤδη* ante Menedemum e vivis excessisse: unde quo pacto ista de amasio illius quadrent non video. Itaque ante omnia asfero, omnino servandum esse τὸ ὅτε Edit. Lond. post *μεγάλων*, nec causam ullam esse cur in Ed. Amst. nuperrima mutatum sit in ὡς: dein dico in transitu *μετὰ χρόνον* non aliud hic designare quam *serius, tardius, post tempus*: tandem vero, in quo præcipuus cardo vertitur, scribendum pro *ἔρωμένε, ἔρομένε*: & tum sensus erit: *Unde cum Asclepiades tardius & post tempus ad solenne convivium, quod Menedemus celebrabat, venisset, nec rogante eo, ut intromitteretur, Juvenes ipsi aperirent, sed excluderent, Menedemus jussit, ut ipsum admitterent, adjiciens sibi quondam Asclepiadem, utpote Seniore & proin morti viciniorem, & apud inferos fores aperiturum.* Qui contulerit ista cum prioribus clarissime nexum cum illis videbit.

Ibid. lib. III. in Vit. Platon. S. 10. E. A. p. 171.

Epicharmi acutissimi simul Philosophi & Poëtæ versus habentur sane quam elegantissimi, qui tamen adeo corrupte vulgo leguntur, ut vix metrum

trum agnoscat: Isac. certe Casaubonus cum aliis dicit eos esse Jambicos tetrametros, ad quos ut eos redigat, pro lubitu tum voces immutat, omittit, aut etiam alias inserit; Cum tamen sint trochaici tetrametri catalectici; Si tempus & spatium hisce destinatum plura concederent, plura de his versibus dicenda essent, quæ alii commodiori loco servabo: pauca solum, præsertim quæ ad ordinis, cum & is sit distractus, versuum restitutionem, tum aliorum in eisdem emendationem pertinebunt attingam: a v. 3. ita legitur vulgo:

Ἄλλὰ λέγεται μὰν χάος πρῶτον γενέσθαι τῶν Θεῶν.
 Πῶς δὲ κ' ἀμήχανόν γ' ἀπό τινος μηδὲν ὅ ττι
 πρῶτον μόλοι.

Ἦν ἄρ' ἔμολε πρῶτον ἔδεν, ἔδὲ, μὰ Δία δεύτερον.

Hos versus varii varie tum fingunt, tum explicant, ego, aliis relictis, duos posteriores sic ponendos esse existimo:

Πῶς δὲ κ' ; ἀμάχανόν γὰρ πῶ τινὸς ἔδεν ὅτι πρῶτον μόλοι.

Ἦν γὰρ ἔμολε - - -

Hinc amplius non video quid difficultatis tantum ista habeant; Epicharmus sine omni dubio in hisce contra πολυθεΐαν disputat, & dum adversarios, utpote Pythagoræ dogmatibus imbutus, cum fuerit ejus Discipulus ut Laërt. lib. VIII. retrahere conatur ad Πάληρα τῶν ὅλων καὶ Δημιουργόν, ut ex mente Pythagoræ apud Hierocl. in aureolo hypomnem. in Pythag. aur. Carm. Ed. Lond. p. 18. & ad τὴν αἰὲ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἐνέργειαν τῶ Θεῶ, τὴν αἰδίως καὶ ἀτρέπτως τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι παράγουσαν, ut ib. p. 29. & tandem, cum adversarii reponerent,

rent, suos Deos, Solem, Lunam, alios, semper, & eosdem fuisse & esse, ipsis objicit: *At dicitur tamen a Vobis ipsis Chaos ante hos Deos extitisse*; adversariis super hoc confusis insuper addit: *ita impossibile est, & inextricabilem difficultatem involvit, ὅτι ἐδὲν τινὸς πρῶτον μόλοι, ut, quicquam aliquo prius extiterit, vel ut Chaos, ut τὸ nihil ante aliquid, ante id quod re vera existit: non enim quicquam, pergit, prius aut posterius productum est*; Et apparet ex his Epicharmum ejusdem de ortu rerum cum Anaxagora sententiæ fuisse, qui ap. Laërt. L. II. in Vit. Anax. S. 6. E. A. p. 82. Πάντα χρήματα ἦν ὁμῶς • vel cum Lino, a quo & ipse Anaxagoras sumsisse videtur, qui ap. eund. Laërt. in Procem. S. 4. E. A. p. 4.

Ἦν ποτὲ τοι χρόνος ἔτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει.

Quod meam explicationem τῆ χάος attinet, omnino sum persuasus Antiquissimis illis, ut Hesiodum Theog. v. 116. Ἦτοι μὲν πρῶτις α Χάος γένετ', & apud Aristoph. Ὀρνιθ. Χάος ἦν, καὶ νύξ, ἐρυβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς: non idem per Chaos intellectum venisse, quod Ovidio, Metam. l. 1.

Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles.

Non dubito affirmare illos per illud nihil aliud voluisse, quam τὸ κενόν, vacuum, inane, & revera τὸ nihil; Aristoteles equidem, φυσικ. ἀκροάσ. L. IV. c. i. hoc satis ostendit, quando hæc dicit: Τὸ γὰρ κενὸν τόπος ἂν εἴη ἐξηρημένος σῶμαλος • δόξειε δ' ἂν καὶ Ἡσίοδος ὀρθῶς λέγειν, ποιήσας πρῶτον τὸ Χάος • - - ὡς δέον πρῶτον ὑπάρξαι χώραν τοῖς ἔστι. Sic etiam

Gram.

Grammaticus Hesych. merito abyssus eruditionis veteris vocandus, χάος, χώρησις, καὶ τὸ κενόν. hinc est, quod etiam de iis quæ evanuerunt, quæ desolantur, εἰς χάος, εἰς ἐρήμωσιν illa abiisse dicebant: hinc etiam pro ætheris ipsa vastitate a Poëtis vox χάος usurpabatur, ut præter Aristoph. in νεφέλ. Simmias Rhod. qui in πλερύγ.

Ἐρπέθ' ἄπανθ', ὅσ' ἔρπει
 Δι' ἀΐθραις
 Χάος τε.

Reliquorum Epicharmi versuum huc pertinentium emendatio, quæ cum aliorum & vulgari lectione eorum conferri poterit pro lubitu, hæc enim loci & temporis satis non est ut id fiat, nec ut ratio ejusdem reddatur, cum ad alia properemus; sic instituat:

v. 5.

Τῶν δέ γ' ὧν ἄμμες νῦν ᾧδε λέγομεν μέλλει τάδ' ἔμεναι
 Αἰ πόλ' ἀριθμόν τις - - -

v. 10.

Ἐοὐδὲ μὲν, εἰδ' αἰ πόλι μέτρον παχὺ εἶν ποιεθόμεν
 Λῆ ἕτερον σερρὸν μάκος, ἢ τῷ πρόθ' εἶνλος ἀπολαμὲν,
 Ἐτιχ' ὑπάρχοι κείνο (τῆνο melius) τὸ μέτρον ἔ
 γὰρ ᾧδε; νῦν ὄρη
 Καὶ τῶς ἀνθρώπως· ὁ μὲν γὰρ ἀυξεδ', ὁ δὲ γὰ
 μὲν φθίνει.

v. 15. vulgo est 16.

Ὁ δὲ μεταλλάσσει καὶ τὰν φύσιν ἔ' ποκ' ἐν ταυλιῷ μένει,
 Ἄλλ' ἕτερον εἶη κ' ἂν τὸ δὴ τῷ παρεξεστακότος.

Ibid. S. 16. E. A. p. 175.

Καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτροίδων γένος,
 Ἄλῃς κάλαμαθῆν ἀτενὲς, ἔτιλει τέκνα
 Ζῶντ', ἀλλ' ἐπωάζει καὶ ποιεῖ ψυχὴν ἔχειν.
 Τὸ δὲ σοφὸν ἂ φύσις τὸδ' οἶδεν ὡς ἔχει
 Μόνα· πεπαίδευται γὰρ αὐτὰς ὑπο.

Postremos duos versus Ambros. ita reddit: *Hæc autem sapientia ut sese habeat, natura novit sola, ab ea quippe erudita est: Aldobr. Sapiens autem natura hæc novit quod habet sola: didicerunt enim rursus ab hac. Nugæ! quis sensus! quis quæso nexus cum præcedentibus? At non mirum Interpretationes istas tam absurdas esse, cum significatio, quam habet heic vox πεπαίδευται, prorsus non observata hactenus, ipsos latuerit: neutiquam enim hic παιδεύω significat quod communiter doceo, informo, erudio: verum liberos procreo, produco, παιδοποιῶ: & quidem hic de pullis Gallinaceis producendis & formandis sumitur, ut & vox τέκνον hic pullos Gallinar. & apud alios aliorum brutorum designat: ut apud Hom. Il. β'. v. 311. de pullis passerinis dicitur:*

- - - *σρξθοῖο νεοσσοῖ, νήπια τέκνα.*

Similiter vocem παιδοτροφέω, de homine alias tantum usurpatam, ut & vox παιδεύω, quod παιδοποιῶ, Philostr. in Vit. Apoll. Tyan. L. II. c. VII. Ed. Paris. p. 73. de Elephantis usurpat, quando de iis dicit: *φύσει κεκλημένοι τὸ φιλεῖν ἂ ἔτεκον, προκῆδονταί τε αὐτῶν καὶ παιδοτροφεῖσι.* Et quidem huic meæ assertioni perquam commode suffragantem sese obtulit Hesychius non satis laudandus, qui πεπαιδευθῆναι, per πεπαιδοποιῆθαι explicat. Sensus proin versuum Epicharmi erit: *Hoc sapiens, istud*
 arca-

num, autem quomodo se habeat, quo pacto id fiat ut a solo incubatu gallinae prodeant, natura novit sola, ab ista natura enim iidem sunt procreati & formati.

Ib. S. 53. E. A. p. 195.

Ὁ ἐμὸς πατήρ τῷ σῶ πατρί (Menag. legend. vult τῆ σῆ πατρός) ἤτοι ἕτερός ἐστι, ἢ ὁ αὐτός. - - εἰ δὲ ὁ αὐτός ἐστι τῷ ἐμῷ πατρί, ὁ αὐτός ὢν τῷ ἐμῷ πατρί, ὁ ἐμὸς ἀν εἶη πατήρ.

Mendum omnino in hoc loco est, & negationem omissam esse certus sum: Scribendum ergo est: Ὁ ἐμὸς ἐκ ἀν εἶη πατρί. quo pacto enim alias hic esset τρόπος ἐπαγωγῆς καὶ ἐναντίωσιν, ἐξ ἧ τῷ ἐρωτώμενῳ περὶ πᾶσαν ἀπόκρισιν, ἀκολουθήσει τὸ ἐναντίον, [ut Auctor loquitur de isto argumento] non videos; Et quidem ἀμφιβολία est in verbis, εἰ δὲ ὁ αὐτός ἐστι τῷ ἐμῷ πατρί. Vel enim sensus est, si idem est pater tuus qui patri meo: vel si idem est pater tuus qui pater meus: quare hic infertur a priori designato: qui autem idem est pater tuus qui patri meo, meus pater iste non poterit esse.

Ib. L. IV. in Vit. Polem. S. 17. E. A. p. 237.

Φησὶ δὲ Ἀντίγονος ὁ Καρύσιος ἐν τοῖς βίοις - - - Φυγεῖν δὲ (sc. Πολέμωνα) καὶ δίκην κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὡς μετράκιος συνόντια.

Omnino locum istum & integrum & sanum esse, puto, nec est cur Kühnius legendum putet καὶ δίκην (i. e. ἐκ δίκης) ob causam malae tractationis, quam ei impingebat uxor: δίκην φυγεῖν est loquendi formula in foro apud Græcos quondam usitatissima, & idem est quod accusari: ut φεύγω δίκην πα-

φανομίνας, apud Plutarchum in Pericle: Interdum δίκην omittitur, ut φεύγω φόνο, ἀνδροφονίας: ejus oppositum est διώκειν: unde Socrates apud Platon. in Εὐθύφρ. quærit Eutyphronem, ἔστι δὲ δὴ σοὶ ᾧ Εὐθύφρων τίς ἢ δίκη, φεύγεις αὐτήν ἢ διώκεις.

Ibid.

Ἐν τε τοῖς θεάτροις ἀσυμπαθέστατος ἦν (sc. ὁ Πολέμων) Νικοςράτῃ γέν ποτε τῆ ἐπικαλεμένῃ Κλυταιμνήστῃ ἀναγνώσκοντός τι τῆ ποιήσῃ αὐτῷ τε καὶ Κρατήλῃ, τὸν μὲν συνδιατίθεσθαι, τὸν δ' ἴσαι καὶ μὴ αἰεῖσαι.

Aldobrand. ista sic interpretatur: Igitur Nicostrato poeta qui cognomento Clytemnestra perhibebatur, nescio quid ei Cratetique aliquando recitante, ille quidem simul afficiebatur, hic vero sic, tanquam nihil audiret. Non melius Ambrosius. Mendum turpissimum in hisce hæret, & miror quenquam illud nisi κολοκύνθαις λιμῶντα latere potuisse: quid enim quæso te, num quovis modo verisimile est Nicostratum istum Clytæmnestram vocatum? equidem Athenæus in Dipnosoph. sæpius, & Jul. Pollux Onomast. l. 5. c. 16. Nicostrati hujus (nam alium a nostro fuisse Nicostratum his memoratum neutiquam credimus) mentionem faciunt: hujus vero cognomenti neuter meminit. Omnino illa hoc modo ponenda: Νικοςράτῃ γέν ποτε τῆ ποιήσῃ, αὐτῷ τε καὶ Κρατήλῃ ἀναγνώσκοντός τι τῆ ἐπικαλεμένῃ Κλυταιμνήστῃ, τὸν μὲν κ. λ. & ἐπικαλεμένῃ hic erit quod alias ἐπιγραφομένῃ dicitur, & subaudiendum simul est δράματος: & sensus erit: In theatris fuisse Polemonem omnino immobilem, nec ab ullis passionibus abreptum: unde cum Nicostratus Comicus ipsi & Crateti partem suæ fabulæ,

bula, quæ vocabatur Clytemnestra, recitasset, istum quidem in affectus simul abductum fuisse, illum vero forte ne audivisse quidem.

Ibid. in Vit. Crantoris S. 26. E. A. p. 242.

Λέγεται δὲ καὶ Ἀνταγόραν τὸν ποιητὴν, ὡς Κραντορος εἰς ἔρωτα πεποιημένα φέρεσθαι ταύτην,

Ἐνδοῖ μοι θυμὸς, ὅ τοι γένος ἀμφιβόητον,
Ἥ σε Θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων Ἔρως εἶπω,
Τῶν ὅσσης Ἐρεβός τε πάλαι, βασιλεία τε παῖδας
Γείναί το Νύξ, πελάγγεσσιν ὑπ' Ἐυρέος Ὀκεανοῖο;
Ἥ σέ γε Κύπριδος υἱὰ περιφρονος ἤ σε Γαίης,
Ἥ Ἀνέμων; τοῖος σὺ κακὰ φρονέων ἀλάλησαι,
Ἀνθρώπων ἢ δ' ἔθλα, τὸ καὶ σέο σῶμα διφυόν.

Locus ita scriptus profecto sanus est, nisi quod pro ἀνθρώπων in versu ultimo melius ἀνθρώποις scribi, & cum Joach. Kühnio pro διφυόν, διφύες legi debere existimem. Frustra itaque est H. Casaubonus & eum secutus Menagius, qui Ἀνταγόρα τὴν ποιητὴν legere nos jubent. Imo Kühnius ineptire censendus, quando versu sexto pro φρονέων ἀλάλησαι, mallet legere φρονέοντα λαλήσαι. Quod sensum loci spectat, Interpretes non conveniunt: Kühnius ita delirat, ut in Notis suis ad Laërtium ab Antagora versus propositos in Crantorem [ubi tamen vitiose Cratetem positum est] scriptos esse absurde putet, eosque de Crantore interpretetur; Quem errorem etiam errasse videtur G. J. Vossius in de Poëtis Gr. quando Antagoræ in Crantora superesse Epigramma dicit. Ego quidem aliorum interpretationes prolixè examinare nolo, & plane affirmo carmen illud in Amorem, quem inter Deos suos priscae gentes colebant, compositum om-

nino esse; Quod ut clarius quivis cognoscere possit mecum, antiquorum Θεομυθία aliquantum est excutienda: cum prius animadverterimus, quod verba Laërtii ante versus posita genuinum & verum sensum habeant istum: *Dicitur vero etiam quod Poëta Antagoras protulerit vel produxerit versus in Amorem compositos tanquam Crantoris istos.* Dicit itaque primo Amorem allocutus Crantor, nulli enim alii æquius adscribi versus propositi possint, *se dubitare, cum ita diversa de ipsius genere prædicentur, an illum dicat primum eum Deorum immortalium, quos Erebus atque Nox genuerit? vel an Veneris filium, vel Terræ vel Ventorum?* Sic Theocritus in principio Idyllii 13. dubitare se testatur, cujusnam Deorum progeniem esse *Amorem* debeat pronunciare:

Ἵουχ ἀμῖν τὸν Ἐρωῖα μόνοις ἔτεχ', ὡς ἔδοκεῦμεν,
Νικία, ᾗ τινι τῆτο Θεῶν πόκα τέκνον ἐγενέτο.

Ita Callimachus hymno in Jovem v. 4. de Jove dubitat:

Πῶς καὶ νιν, δικταῖον αἰείσομεν, ἢ ἑλυκαῖον;
Ἐν δοιῇ μάλα θυμὸς, ἐπεὶ γένος ἀμφήρισον.

Primo quæritur a Crantore an *Amorem* dicat *primum eum Deorum immortalium, quos quondam Erebus atque Nox genuerit?* Erebus idem est quod Nox: Hesychius: Ἐρεβος, ζόφος, σκότος, νύξ. *Erebus, caligo, tenebræ, nox.* Aristophanes Ὀρνισιν, *Amorem* quoque *Noctis* Filium ex ovo natum asserit.

Χάος ἦν καὶ Νύξ, Ἐρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ
Τάρταρος ἐυρύς.
Γῆ δ' ἔδ' Ἀἴης, ἔδ' Οὐρανόσ ἦν. Ἐρέβος δ' ἐν
ἀπείροσι κόλποις,
Τικτεῖ

Τίλει πρώτισον ὑπηνέμιον Νύξ ἢ μελανόπτερος ὦν,
Ἐξ ἧ περιελλομέναις ὥραις, ἔβλαψεν Ἐρως ὁ πο-
θευός.

Quid ὦν ὑπηνέμιον sit, conatur Scholiastes Aristophanis explicare, quam bene vero in medio relinquo: & dicit esse, τὸ δίχα συνουσίας καὶ μίξεως, additque: ὅτι σύνηθες μᾶλλον ἀνεμίδιον λέγειν καὶ Πλάτων ἐν Θεαίητῳ, γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει. Platonis verba ad quæ respexit Scholiastes sunt in Theæteto ista: ἀλλὰ φέρε δὴ ἀπὸ κοινῆ σκεψώμεθα, γόνιμον ἢ ἀνεμιᾶϊον τυγχάνει ὄν, unde apparet pro ἀνεμίδιον apud Scholiasten ἀνεμιᾶϊον esse ponendum, ex hoc enim illud corruptum est: dein falsum fuisse Scholiasten, quod putavit γόνιμον & ἀνεμιᾶϊον idem apud Platonem esse, cum ab ipso ut opposita manifeste distinguantur. Hesychius: Ἄνεμιον, ὑπηνέμιον ὃ καλεῖσιν ὦν. Varinus: Ἄνεμιον, ὑπηνέμιον, ἔστι δὲ ὦν τὸ δίχα τῷ ὀχευθῆναι γεννώμενον. Auctor hymnorum Orphei vulgo dictorum, Πρωτογ. θυμιάμ. Amorem etiam ex ovo natum tradit, quando Πρωτόγονον vocat ὠογενῆ. Πρωτόγονον vero eundem fuisse qui Ἐρως postea ostendetur. Per Ovum vero priscos Gentium Theologos τὴν τριάδα intellexisse tradit Hermias Philosophus in Doctissimo Commentario in Platonis Phædrum: qui Commentarius cum ineditus adhuc sit, plane dignus est, qui lucem aliquando publicam videat: hujus describendi copiam humanissime mihi ante aliquot annos fecit ex Codice Manuscripto, quem in instructissima Bibliotheca sua possidet Vir Amplissimus D. Sebastianus Feschius, Cod. Just. in Academia nostra Basil. Professor Celeberrimus. Hermiæ vero verba hæc sunt: Τριάς δὲ τὸ ὦν,

τέλειον

τέλειον γάρ ἐστι· τέρως δὲ ὁ Φάνης. *Amorem istum etiam Orpheus, vel potius Onomacritus Argonautic. v. 14. Noctis facit filium:*

- - - καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν Ἐρωῖα
Νυκλὸς ἀειγνήτης, πάτέρα κλυτόν. - - -

Sic enim virgula post ἀειγνήτης ponenda est, cum illud cum πάτέρα κλυτόν non sit, ut vulgo fit, conjungendum. Orpheus etiam hymn. νυκλ. θυμιάμ. *Noctem vocat Κύπριν vel Venerem.*

Νύκτα Θεῶν γενέτειραν αἰέσομαι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν
Νύξ γένεσις πάντων, ἣν καὶ Κύπριν καλέσωμεν.

Amor itaque Veneris filius habitus, etiam Noctis vocabitur. Hesiodus in Theogonia aliquantum ab his abit, & Amorem ponit inter eos Deos, qui primitus absque generatione extiterint: sic enim scribit v. 116.

Ἦτοι μὲν πρῶτισα Χάος γένει, - -
Ἦδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι Θεοῖσι.

Hesiodum quidem hic ejus Scholiastes de materialis mundi constitutione interpretatur, & Ἔρον vel Ἐρωῖα indicare existimat, τὴν ἐγκαλεσπαρμένην φυσικῶς κινήτικὴν αἰτίαν ἐκάσῳ τῶν ὄντων, καθ' ἣν ἐφίεται ἐκάσῳ τῆ εἶναι, τὸ μὲν νοερῶς, τὸ δὲ αἰσθητικῶς. Gentium vero ἱερομύσαι de sublimioribus ista omnia explicarunt, quæ tamen particularius examinare nolo, cum ad alia festinem: Per *Noctem* intelligebant *locum supra caelum*, quem ὑπερβράνιον τόπον vocarunt; Herm. in Phædr. Plat. L. II. ὑπὲρ τὸν πρῶτος (scribe τὸ πρῶτον) φανερόν, τὸν ἕρανόν, ἢ νύξ καὶ πᾶς ὁ ὑπερβράνιος τόπος. & alibi lib. c. Τα δὲ ἐξω τῆ ἕρανῆ εἰσιν αἱ νύκτες. ὃν καὶ ὑπερβράνιον

νιον τόπον καλεῖ. *Cælum* vero ipsis perfectissimi sunt Spiritus creati; Hermias l. c. Ουρανὸν δὲ ἀκυσέον λέγεσθαι τὸ (scribe τὸν) ἄκρον τῶν νοερῶν Θεῶν, ὃν οἱ Θεολόγοι πάτερα μὲν Κρόνον, προπάτορά δὲ Διὸς φασί. Ipsemet Augustinus per *Cælum* intellexit *spiritualem vel intellectualem illam creaturam semper faciem Dei contemplantem*, ut lib. XII. Confess. non semel. Illum autem ὑπερκράνιον τόπον a Platone in Phædro *campum veritatis* vocari Hermias l. c. notat: Τὴν γὰρ ἀλήθειαν τὴν τῶν νοκτῶν πᾶσαν τάξιν φησί· κατὰ πεδῖον ἀληθείας ἐξῆς εἰάν λέγη ταύτας αἰνίττεται, καὶ ἰδίως δὲ ἀλήθειαν οἱ Θεολόγοι ἐκεῖ ἰδρύουσιν. Item *pratum in quo equus animæ pascatur*. Λειμῶν δὲ ἐστὶν ἢ γόνιμος τῶν εἰδῶν δύναμις λέγοι δ' ἂν λειμῶνα τὰς νύκτας· ἐκεῖ γὰρ αἱ πηγαὶ τῆς ζωῆς. Verba Platonis in Phædro hæc sunt: Ὅου δὴ ἐνεχ' ἢ πολλὴ σπικδὴ, τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδῖον ἔ ἐστὶν· ἢ τε δὴ προσήκασα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ (ἵππῳ) νομῆ ἐκ τῆ ἐκεῖσε λειμῶνος τυγχάνει ἔσα ἢ τε τῆ πτερεῖ φύσις, ᾧ ψυχὴ κερφίζεταί, τῆ τῷ τρέφεται. Et idem Hermias l. c. dicit apud Homerum Ἰλ. α. v. 423.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὀκεανὸν μετ' ἀμύμονας Ἀιθιοπῆας.

Per Ἀιθιοπῆας significari τὸ ἀφανὲς πᾶν καὶ νοκτόν· Mirum itaque cuiquam videri non debeat, *Amorem Noctis* filium ab Antiquis vocatum esse; Veritas enim utique *Amorem* inflammat, & tamen vicissim *Amor* Veritatis lumen accendit; Et per *Amorem* utique infinitum & æternum omnes aliæ Creaturæ cum intellectuales tum corporeæ productæ sunt, factumque sic ut *Amor* Creaturis primus apparuerit, atque Intellectualæ res primum ab ipso illustratæ fuerint. Hinc Phanes appellatus credebatur: Orpheus Argonaut. v. 15. de Amore:

- - - ὄν' ῥα Φάνηλα

Ὀπλότεροι καλέσσι βροτοί, πρῶτος γὰρ ἐΦάνθη.

Hermias l. c. Καὶ πρῶτος καταλάμπεται ὁ Οὐρανὸς ὑπὸ τῆς θεῆς φωτὸς τῆς Φάνητος. Et quem Crantor in versibus suis vocat Πρῶτον, alias Πρωτόγονον antiqui nominabant, quod testantur versus sine dubio Orphici ab Hermia lib. c. producti, quos vix alibi repereris.

Πρωτόγονόν γε μὲν ἔστις ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν,
 Ἴε μὴ Νύξ ἰερὴ μένη· τοὶ δ' ἄλλοι ἀπαντες
 Θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἀέλπιον
 Τοῖον ἀπήσραπτε Χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

Per hunc Πρωτόγονον atque Φάνητα non dubitat Lactantius divin. Instit. L. I: 5. verum Deum designasse Orphea pronuntiare: Orpheus qui ἔστι vetustissimus Poëtarum - - Deum verum ἔστι magnum Πρωτόγονον Primogenitum appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta generata: eundem etiam Φάνητα nominat, quod cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit, ἔστι extiterit. Amori ut vulgo notum Ἀλαῖ ab Antiquis tribuebantur, unde πτερόεντα eum vocat Orpheus hymn. Ἐρ. θυμ. Et apud Platonem in Phædro ἔρωτα ab hominibus vocatum, πτέρωτα ab immortalibus Diis appellari dicitur:

Τὸν δ' ἦτοι θεητοὶ μὲν Ἐρωτα καλέσσι ποτηνόν·
 Ἀθανάτοιο δὲ Πτέρωτα διὰ πτερόφορον ἀνάγκην.

Similiter Πρωτόγονῳ ἀλαῖ sunt attributæ: Orpheus hymn. Πρωτογ. θυμ. eum dicit

- - - χρυσέαισιν ἀγαλλόμενον πτερύγεσσι·

etiam

etiam φάνητι tributas esse a Theologis alas Her-
mias L. II. testatur: 'Αυτῶ δὲ τέτρω πρώτῳ, τῶ δε-
σπότη φάνητι καὶ πτέρυγας δίδωσι [sc. ἡ Θεολογία.]

Χρυσείαις πλερύγγεσσι φορεύμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.

Per alas has Antiqui designabant vim, qua Amor
Deos atque Spiritus omnes sustollat atque ducat
ad infinitum atque unum Deum Δημιουργόν. Her-
mias L. III. Γράφουσι δὲ καὶ τὸν Ἔρωτα παῖδα ἐπτερω-
μένον - - πτερωτὸν δὲ διὰ τὸ ἀνάγειν τὴν ψυχὴν ἐπὶ
τὸ νοητόν. Hinc Anima per *Amorem* ad Deum
elata, eique unita a Platone in Phædro ἐπτερω-
μένη, quæ autem *Amore* isto destituta ad corpo-
reas res amplectendas delapsa, πτερορρήσασα, *quæ*
alas suas perdidit, dicitur. Amor quippe animas
Deo jungit, sicque desiderata felicitate eas beat:
Hermias L. II. Ὁ ἔρως τῶν μεγίστων ἐστὶν ἀγαθῶν
ἀτίος • μέγιστον δὲ τῶν ἀγαθῶν ἡ εὐδαιμονία • εὐδαιμο-
νία δὲ ὁμείωσις Θεῶ • ὁμοιόμεθα δὲ Θεῶ τῶν αὐτῶν ἐφαπ-
τόμενοι. τῶν αὐτῶν δὲ ἐφαπτόμεθα, τὸ νοητόν κάλλος
θεασάμενοι • ὁρῶμεν δὲ ἀναμνησθέντες αὐτῶ ἐνταῦθα ὄν-
τες • ἀναμιμνήσκεται δὲ ὅποτε θεασάμενος • ἐθεασάμε-
θα δὲ ποτε, εἰ ἀθάνατος εἴη ἡμῶν ἡ ψυχὴ.

Additur porro in versibus Crantoris:

Γείναίλο Νύξ πελάγεσσι ὑπ' εὐρέος Ὀκεανοῖο

& merito; *Amor* quippe principium est productio-
nis atque generationis omnium, & *Oceanus* sym-
bolum erat motus, sine quo nulla generatio.

Plato in Theæteto: Ὅμηρος εἰπῶν; (a)

Ὀκεα-

(a) Ἰλ. Ε. v. 291.

Ὠκεανόν τε Θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

πάντα ἔρρηκεν ἔγκονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως: Etiam Orpheus in hymnis Ὠκεαν. θυμ. Oceanum vocat:

Ἀθανάτων τε Θεῶν γένεσιν, Θνητῶν τ' ἀνδρώπων:

Hinc Nymphae, quæ Filiae Oceani dicuntur ab eodem hym. Νυμφ. θυμ.

Νύμφαι θυγατέρες μεγαλήτορος Ὠκεανοῦ.

Generacioni præesse credebantur. Hermias L. 1. Ἐφοροι δὲ τῆς γενέσεως αἱ Νύμφαι καὶ ὁ Διόνυσος. Rursus idem l. c. αἱ Νύμφαι προσάτιδες εἰσι τῆς γενέσεως: - - διὸ καὶ περὶ τὰ ὕδατα λέγονται διατρίβειν, διὰ τὸ ὑγρὸν τῆς γενέσεως. Pergit quærerere Crantor an *Amorem* dicere debeat *Cypridis vel Veneris filium?*

Ἡ σέ γε Κύπριδος υἱά - - :

Supra indicatum est *Noctem* ab Orpheo in Hymnis vocatam esse *Κύπριν*. Itaque sic *Noctis Amor* agnoscebatur filius, etiam *Cypridis* eum fuisse habitum liquet. Et sane *Cypris* pulchritudinis præses habebatur: Hermias L. 1. Ἀφροδίτη δὲ ἐστὶν ἡ ἔφορος Θεὸς τῆς κάλλους καὶ ἐπιλάμπουσα πᾶσι τὸ καλόν. Cumque pulchritudo *Amorem* sui excitet, *Cypridis* filius merito dici possit *Amor*: Hermias L. 1. Πάντων δὲ ἡ ἀναγωγὴ ἐπὶ τὸ ἐν καὶ τ'αγαθὸν γίνεσθαι διὰ τῆς καλῆς καὶ τῆς σοφῆς. & alio loco ejusdem libri dicitur *Amor* σωτὴρ καὶ ἀναγωγεὺς τῆς ψυχῆς. Tandem quærit Crantor an *Amorem* dicat *Terræ vel Ventorum filium?* - - ἢ σὲ Γαίης ἢ Ἀνέμων. - - - Quandoquidem *Amor* generationis & productionis omnium auctos credebatur, & ex *Terra* progenerantur innumera, haberi

haberi facile poterat *Terra*, *Veneris* symbolum, *Venusque* ipsa vocari, sicque *Amor Terræ* filius dici. Sappho certe teste Scholiaste Apollonii Argonaut. L. III. v. 26. *Terræ* atque *Cæli* filium facit *Amorem*. Cumque existimetur Adonin solem fuisse, & ipsum *Thammuz*, de quo apud Ezechiel. c. 8: 14. conii- ci haud difficulter potest *Terram* fuisse etiam *Vene- rem* vocatam. Adonis quippe a Venere adamatus atque ab apro interemptus, rursusque Veneri redditus dicebatur; Hinc ab Orpheo hymn. Ἄδων. θυμ. Adonis dicitur σθενύμενος λάμπων τε. Si- militer Sol Ἡλ. θυμ.

- - - κόσμος περιδρομον ὄμμα
 Σθενύμενον λάμπόν τε καλοῖσι ἀκτίσι Φαιναῖσι:

Terra utique Solis præcipue lumine opus habet, & amore ejus quasi imprimis tangitur: & sic per dierum noctiumque, æstatis atque hyemis vicissi- tudines, modo fruitur placide cupito suo Adoni- de, modo rursus caret. Macrobius Saturnal. L. I. c. 21. *Adonin quoque Solem esse non dubitatur, in- specta Religione Assyriorum, apud quos Veneris Archi- tidis & Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phœnices tenent. Nam Physici Terræ superius hæmisphærium, cujus partem incolimus, Veneris appel- latione coluerunt, inferius vero hæmisphærium Terræ, Proserpinam vocarunt. Inde ergo etiam est factum ut Terra Deorum Mater vocaretur: Orpheus hymn. 7ῆς θυμ.*

Γαῖα θεὰ μητέρα μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.

Macrobius l. c. *Quis enim ambigat matrem Deum Terram haberi?* Idem testatur etiam Julius Firmi- cus Maternus de error. Profanat. Relig. Phryges qui
 Tom. IV. A a Pessinum.

Pessinuntem incolunt circa Galli fluminis ripas, Terræ cæterorum elementorum tribuunt principatum, & hanc volunt omnium esse Matrem. Et idem ibid. Nam quod Terram Matrem esse omnium Deorum dicunt, qui huic elemento tribuunt primas partes, vere Deorum suorum Mater est, nec abnuimus aut recusamus. Hanc Deorum Matrem Ἀγγιδίσιw vocatam memorat Strabo Geograph. L. XII. Terra etiam vocabatur Rhea; unde Eustathius Ἰλ. α. Ἀναγραμματιζόμενον τὸ, ῥέα κύριον εἰς τὸ ἔρα, ὃ εἰς γῆ • εἰς ἣν δηλαδὴ ἀλληγορεῖται ἢ τῆ Κρόνος γυνὴ ῥέα. Et quamvis Rhea ab Orpheo hymn. ῥέ. θυμ. dicatur θυγάτηρ πολυμόρφου Πρωτογόνοιο. A Protogono enim Cœlum atque Terra producta dicuntur, ut Hermias L. II. ἔξω γὰρ προῆλθον πρῶτον ἀπ' αὐτοῦ (τῆ φάνητος) ἔρανος καὶ γῆ. Tamen ab eodem Orpheo ibid. Rhea vocatur μήτηρ θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων. Ita miris modis Antiqui allegorias suas variabant.

An vero etiam *Ventorum* haberi potuerit filius *Amor* paucis dispiciamus? Venti sunt αἶρος φορὰ, & *Aër* est *Juno*, Græcis Ἥρα, quod per ἀναγραμματισμὸν est αἶρ. Hinc Junonem apud Homerum Ἰλ. ξ. v. 202. in ædibus Oceani atque Tethyos enutritam esse dici, quod ex Oceano ascendentes vapores in aërem recipiantur, scribit Eustathius ad eum locum: Τὸ δὲ τὴν Ἥραν ἐν δόμοις ὑπὸ Ὠκεανῆ καὶ Τηθύος ἐκτραφῆναι, τὰς ἐπεῖθεν ἀνίττεται ἀναθυμιάσεις, ἃ καὶ αὐταὶ συμβάλλονταί τι τῷ αἶρι. Et Orpheus hymn. Ἥρ. θυμ. Ἥραν vocat αἰερόμορφον. Jam vero *Juno* etiam *Venus* vocabatur; Percipite quid J. Firmicus Maternus de error. prof. Relig. de ea scribat: *Assyrii & pars Afrorum aërem ducatum habere elementorum volunt, & hanc*
imagi-

imaginata figuratione venerantur : nam hunc eundem nomine Junonis vel Veneris Virginis , si tamen Veneri placuit aliquando virginitas , consecrarunt. Hesychius : Βάλθης , ἢ Ἑρα , ἢ Ἀφροδίτη. Plutarchus in Craſſo mentionem facit alicujus Divæ in Hierapoli cultæ , quam alii Junonem , alii Venerem , alii Naturam putaverint : Γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῆ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεῆ ταύτης , ἢν οἱ μὲν Ἀφροδίτην , οἱ δὲ Ἑραν , οἱ δὲ τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχῆσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι , καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξαντες. Lucianus hanc Divam in scripto de Dea Syra Urbis Hierapolis pluribus describit , qui videatur. Et Hermias L. I. indicat per Boream ventum significatam fuisse Deorum in inferiora providentiam , per Notum vero virtutem eorum ab inferioribus & corporeis ad intelligibilia sustollentem. Hermiæ verba hæc sunt : Τὴν γὰρ πρόνοιαν τῶν Θεῶν τὴν εἰς τὸν κόσμον διὰ τῆ Βορέας δηλοῦσι • διὰ τὸ καὶ τὸν Βορέαν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν τόπων πνεῖν • τὴν δὲ ἀναγωγὸν τῶν Θεῶν δύναμιν διὰ τῆ Νότου , διὰ τὸ ἀπὸ τῶν χθαμαλῶν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ πνεῖν. Quæ utique Amori ejusque Matri valde convenire ex præcedentibus non adeo difficulter conjici potest : ita ut quin Ventorum filius haberi potuerit Amor nullum relinquatur dubium. His omnibus Poëta rationem dubitationis suæ aliquo pacto exponens ἐπιφωνηματικῶς subjungit :

- - - τοῖος σὺ κακὰ Φρονέων ἀλλάλησαι
Ἀνθρώποις , ἢδ' ἐσθλά , τὸ καὶ σεο σῶμα διφύες.
ἀνθρώποις enim omnino scribendum : Homerus
Ἰλ. δ. v. 219.

- - - πατρὶ φίλα φρονέων. - -

& Ἰλ. π. ν. 373.

Τρωσὶ κακὰ φρονέων. - - -

Ita profecto bonorum omnium atque malorum hominibus auctor est *Amor*; Unde passim apud Antiquos de duplici *Amore* mentio occurrit. Διφυῆς denique est vox de *Amore* peculiariter usurpata: Sic Orpheus Argon. v. 14. *Amorem* διφυῆ vocat: Idem hymn. Πρωτογ. θυμ. *Protogonium*, & Διονύσ. θυμ. *Dionysum* seu *Bacchum* διφυῆ vocat.

Ib. L. V. Vit. Aristot. S. 32. 33. E. A. p. 287.

Καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ἀσώματον, ἐντελέχειαν ἔσαν τὴν πρώτην· σώματος γὰρ φυσικῆ καὶ ὀργανικῆ, δυνάμει ζ. ε. δ. δ' α. ε. κ. α. - - ὡς ἐν τῷ κηρῷ ὁ Ἑρμῆς.

Transposita hic sunt omnia: totus locus scribendus hoc modo: Καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ἀσώματον, ἐντελέχειαν γὰρ ἔσαν τ. π. σώματος φυσικῆ καὶ ὀ. δ. ζωὴν ἔχοντος· λέγει δ' ἐντελέχειαν, ἧς ἔστιν εἶδος τι ἀσώματον· διττὴ δ' αὕτη ἐστὶ κατ' αὐτόν· ἢ μὲν κατὰ δύνειον, ὡς ἐν τῷ κ. ὁ Ἑ.

Ibid. L. VI. Vit. Diogenis S. 20. E. A. p. 325.

Ἐν τῇ πατρίδι Ἀπόλλωνος πυνθάνεσθαι εἰ ταῦτα πράξει ἄπερ ἀνεπιθέσθαι· τῆ δὲ συγχωρήσαντος, τὸ πολιτικὸν νόμισμα, ἔσυνεῖς τὸ κέρμα, κισθὴ λεύσας. - - -

Istud τὸ κέρμα multum torisit eruditos: cum tamen ad textum Auctoris non pertineat: interpretatio

tatio enim illud fuit τὸ πολιτικὸν νόμισμα, quam quidam in margine posuit, ut significaret hic per νόμισμα intelligi *monetam*, cujus usus in permu- tandis rebus & commerciis hominum esset, mi- nime vero tale νόμισμα, quale oraculum intelle- xerit: quale etiam vocat Plato Phædone t. I. Ed. H. St. p. 69. Ἄλλ' ἢ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθὸν ἀντὶ τοῦ θεοῦ πάντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις. Hæc interpretatio post ab imperito librario in tex- tum assumpta locum istum ita scedavit; Talia mul- ta facta esse hinc inde observatur: Sic apud eun- dem Laërt. eodem libro S. 37. Τῷ κοίλῳ ἄρτῳ τὸ ψωμίον. Vox ἄρτῳ ex margine etiam in textum sumpta est, cum interpretatio esset reliquorum verborum: Idem factum, ut & hoc adhuc exem- plum afferam, in Hippocratis libro περὶ ἀρχῶν ἢ σαρκῶν S. XII. 15. ubi vulgo sic legitur: Ἐν τῇ γνάθῳ φλέβες εἰσὶ, καὶ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ μένοισι τῶν ὀστέων. Fœsius quidem ex ventre inferiore vertit: ita ut legat ἐκ τῆς κάτω κοιλίης. Dicit tamen om- nia exemplaria ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ agnoscere. Ve- rum istud κοιλίῃ utique huc neutiquam pertinet, & sine dubio ex margine in textum irrepsit; Nem- pe vox κοιλίης in margine posita erat, ut ea inter- pretaretur vocem νηδύος, quæ paulo post superi- ora sequitur in Hippocrate: hanc dein inveniens quidam argutulus librarius, nec intelligens quo ea pertineret, & videns verba ἐν τῇ κάτω, quæ alias etiam in designanda inferiore hominis regione adhibentur, rem acu tetigisse sibi visus est, si κοι- λίης in κοιλίῃ mutatum, ut in eodem casu cum articulo τῇ congrueret, post τῇ ἄνω posuisset; Textus proin Hippocratis sic scribendus est: Ἐν τῇ ἄνω γνάθῳ φλέβες εἰσὶ, καὶ ἐν τῇ κάτω, μένοισι τῶν

τῶν ὀστέων. *In superiori & inferiori maxilla, solis omnium ossium venæ insunt.*

Ibid. S. 37. E. A. p. 333.

Θεασάμενος ποτὲ γυναῖκα ἀσχημονέστερον τοῖς Θεοῖς προσπίπτουσαν, βεβλόμενος αὐτῆς περιελεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν.

Potius εὐσχημονέστερον scribendum; Utique superstitio, quam Diogenes in hac fœmina notavit, hoc satis ostenderit. Fœmina nimirum illa verecundius nimis coram idolis procumbens, curabat anxie, ut decore corpus suum esset dispositum, ne fortasse iis posteriores partes corporis obverteret; Unde Diogenes dixit: Ὅχι εὐλαβῆ, ὦ γυναῖκα, μή ποτε θεῶν ὀπίθεν ἐσῶτος (πάντα γάρ ἐστιν αὐτῆ πλήρη) ἀσχημονήσης.

Ibid. S. 44. E. A. p. 337.

Περδικκὸς ἀπειλήσαντος, εἰ μὴ ἔλθοι πρὸς αὐτὸν ἀποκτενεῖν, ἔφη, εἰδὲν μέγα· καὶ γὰρ κἀνθάρος καὶ φαλάγγιον τῆτ' ἂν πράξοιεν· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀπειλεῖν ἤξεις, ὡς εἰ καὶ χωρὶς ἐμῶ ζῆσαι, εὐδαιμόνως ζῆσοιτο.

Scribendum omnino est, ἐκ εὐδαιμόνως ζῆσ. & supra pro πράξοιεν melius scribitur πράξαιεν. Et sensus posteriorum verborum hic erit: Diogenem putasse tum Perdiccæ minas sibi timendas esse, si minari posset, si absque eo vitam acturus esset, infeliciter ipse vivendum fore.

Ib. S. 73. E. A. p. 348.

Μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν ἀψαθεῖν,

ἀψαυθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν. καὶ τῶδε ὀρθῶ λόγῳ πάντα ἐν πᾶσιν εἶναι, καὶ διὰ πάντων ἵεναι λέγων. καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέας εἶναι, καὶ ἐν τῷ λαυχόνῳ ἄρτον· καὶ ἐπὶ τῶν σωματίων τῶν λοιπῶν, ἐν πᾶσι διὰ τινῶν ἀδήλων πόρων ὄγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων.

Sensum loci hujus Interpretes neutiquam affecuti sunt: Sed mirum esse nullum debet: Primo enim verba rite sunt distinguenda, dein etiam, quæ corrupte scripta sunt, corrigenda. Virgula ergo est ponenda post σωματίων, post λιτῶν vero eadem est delenda, & λιτῶν est referendum ad sequens ὄγκων. Dein κρέας & ἄρτε in gignendi casu est ponendum pro κρέας & ἄρτον, atque loco λοιπῶν scribendum λιτῶν, ut optime quædam antiquæ Editiones habent; Sensusque demum loci verus est iste: Diogenes Cynicus docuit, non esse impium vesci humanis carnibus, ut apparet ex ejus dissentaneis & remotis ab aliorum hominum consuetudine moribus, & ex recta ratione patere omnia in omnibus esse, & per omnia vadere, (id est, effluvia ex quovis corpore in alia quævis abire, & in illa recipi.) nam in pane de carne esse effluvia, & in olere de pane. Similiter rem se habere & in corporibus humanis, cum tenues & exiguæ molecule ab aliis corporibus ablatae in omnia corpora per quosdam insensibiles meatus & poros se insinuent, & quasi per halitus in ea suscipiantur.

Ibid. Vit. Mened. S. 103. E. A. p. 365.

Ἄριστον καὶ ταύτην εἶναι ἐγκρίνοντες τὴν φιλοσοφίαν.

Omnino scribe: τῆς φιλοσοφίας. Dicit enim Au-

Etor Cynicam Sectam inter Philosophiæ Sectas etiam numerandam esse. Vide Proœm. Laert. Segm. 18, 19, & 20.

Ibid. L. VII. Vit. Zenon. S. 7. E. A. p. 370.

Ἐγὼ τύχη μὲν καὶ δόξη νομίζω προτερεῖν τῷ σῶ βίῃ· λόγων δὲ καὶ παιδείας καθυστερεῖν, καὶ τῆς τελείας εὐδαιμονίας.

Scribendum est : λόγῳ δὲ καὶ παιδείᾳ κ. καὶ τῇ τελείᾳ εὐδαιμονία. Mendum ortum est ex antiquo scribendi more, quo jota, quod jam per punctum subscriptum designatur, exprimebatur hoc modo : λόγῳι δὲ καὶ παιδείαι.

Ibid. S. 14. E. A. p. 373.

Ἐπίτες δὲ καὶ χαλκὸν εἰσέπραττε τὰς περιῖταμένους τὸ δίδόναι μὴ ἐνοχλεῖν.

Interpres : *Interdum etiam nummulos exigebat ; ut daret circumstantibus , ne sibi molesti essent. Quidam legunt προϊσαμένους , ut essent , notante Kühnio , προϊσάμενοι , qui suffragabantur & contendebant , non moleste se dare abolum præceptorī. Kühnius quidem περιῖταμένους probat , ἐνοχλεῖν vero in ἐνοχλῶν mutat , & putat tum sensum planissimum fore istum : A nonnullis (Auditoribus) exigebat obolum , qui vero dare obulum recusabant , eis molestus non erat. Et hanc explicationem illustrare conatur ex loco Diogenis Lib. II. Vit. Menedemi Seg. 131. ubi habetur : Κράτητος περιῖταμένους αὐτόν. Quod Kühnius hoc loco ad Diog. sic explicat : Cum Crates eum aversaretur , ejusque colloquium fugeret. Sed nota hic inconstantiam Kühnii , qui longe*

longe aliter hic ista vertit & explicat, quam vero supra Libro II. Vit. Menedemi; Et quidem illic περιίσταμαι eodem in sensu accepit, quo reprehensum id in Solœcista Luciani reperitur, ubi Σωκράτης ὁ ἀπὸ Μόψα quendam qui dixerat, περιέσθη αὐτὸν ὡς λαθεῖν, reprehendit his verbis: θαυμαστὸν εἶ εἰς ὧν περιέσθη τὸν ἕνα. Itaque Varinus: Περιίσταμαι τὸν δεῖνα μὴ εἴπης· πῶς ἂν ὁ εἰς τινὰ περισταίη; ἀλλὰ περιίστάμεθα. Sic profecto σεσολοίκισαι Laërtio in Mened. omnino enim Crates ante Menedemum constiterat, eique in os convitia fecit, quod Reip. administrationem utpote Philosophus suscepit; Et tantum abest ut Crates Menedemi colloquium fugerit, quemadmodum Kühnius ad Zenonem oscitanter scripsit, ut potius ita probra in ipsum jactans, a Menedemo in carcerem sit datus, indeque etiam observaverit dum Menedemus præteriret, caputque exerens per foramen vel clathros carceris ipsum Agamemnonium & Hegesipolim vocitarit. Ut itaque sensus loci propositi genuinus habeatur, videtur sic scribendum esse: Ἐνίστα δὲ καὶ χαλκὸν εἰσέπραττε τὰς περιιστάμενους, πρὸς τὸ μὴ ἐνοχλεῖν. Quorum hic sensus: *Nonnunquam æs vel pecuniam exigebat a circumstantibus (ut nempe ipsum docentem audirent) ne sic ipsi molesti essent.* Quando enim nummum solvere cogebantur, non ita confertim affluerunt ad eum audiendum; Cum enim Philosophi publice docebant, omnes promiscue ad eos audiendos accedebant: Quandoquidem non privatos quosdam tantum discipulos docebant, sed totum Populum ut erudirent satagebant; Jam vero magnam talem circa se Populi coronam Zeno sufferre non poterat, ut ex iis quæ paulo superius

apud Laërtium exstant patere potest : Ἐξέκλινε δὲ καὶ τὸ πολυδημῶδες , ὡς ἐπ' ἀκρῆ καθίζεσθαι τῆ βασιδρα , κερδαίνοντα τὸ γέν' ἕτερον μέρος τῆς ἐνοχλήσεως . & paulo inferius : πλειόνων τε περισσάντων αὐτὸν , - - - ἔφη , - - ὑμεῖς μὲν ἐκ τῆ μέσῃ βασάσαντες αὐτὰς , ἦττον ἡμῖν ἐνοχλήσετε . Ἐνίως ergo in ἐνίοτε mutandum censeo , quia non verisimile fit Philosophum ita discrimen fecisse inter eos qui ad audiendum ipsum convenerunt , ut a quibusdam argentum posceret , ab aliis vero non . Et revera facilis poterat esse lapsus , ut pro ἐνίοτε Librarius ἐνίως legeret , quantulumcunque modo in literis derasum fuerit . Nec elegantia Græcæ Linguæ admittit , ut aliter legi possit , & merito si ἐνίως servari deberet scribendum esset ἐνίως τῶν περιισαμένων . Quod vero vocem διδόναι hic ejiciendam putem , hæc causa est , quod sensus , quem hic locus necessario postulat , sine ea sit integer : Et valde verisimile est eam in textum esse receptam ex margine , ubi fortasse erat posita ad explicandam vocem ἐισέπραξε . Vel si omnino servanda esset in textu vox διδόναι , scribendum videretur : πρὸς τῷ διδόναι μὴ ἐνοχλεῖν • ne , cum dare cogentur , sua multitudine ipsi molestiam exhiberent . Quod tamen minus placet .

Ibid. Segm. 26. E. A. p. 381.

Τὸ εὖ , γίνεσθαι μὲν παρὰ μικρὸν , & μὴν μικρὸν εἶναι .

Interpres : Bene paulatim aliquid fieri , non parum esse . Inepte omnino : Sensus elegantissimi hujus effati est iste : Bene factum fieri quidem ita , ut parum quid intersit , quin illud sit malum : Illud vero bene factum , parvum minime esse . Parvum enim
quid

quid efficere valeat, ut bonum factum, malum evadat. Germani hoc sequentem in modum proferrent: *Bev wenigem, bev geringem sene das gut, gut, und nicht böß.* In hac peculiari significatione hanc *παρά* præpositionem Diogenes etiam supra adhibuit. L. VI. Vit. Diog. Seg. 35. *Τὰς πλείους ἔλεγε παρά δάκτυλον μαίνεσθαι.* Etiam alibi adhuc exempla occurrunt. Menagius hic omnino cœcutiebat, quandoquidem dixit: *Videtur legendum: τὸ εὖ ἀρχεσθαι.*

Ib. S. 31. E. A. p. 384.

Ἐνιοὶ γὰρ καὶ τῆτον τὸν τρόπον τελευτῆσαι φασὶν αὐτόν.

Quin hæc verba ex margine in textum Laërtii venerint, non possit dubium esse ei, qui attente Laërtii historiam de morte Zenonis legerit, cumque Laërtius in Epigrammate proxime ante illa verba memorato mentionem faciat, quod etiam fama sit, quod Zeno ex senectute non ultro accersita morte mortuus sit:

*Τὸν Κιτιᾶ Ζήνωνα θανεῖν λόγος, ὡς ὑπὸ γήρωσ.
Πολλὰ καμῶν λύθη.*

Nec tamen in cætera historiæ serie mentio ulla fiat, quod ex hac morte eum obiisse rumor fuerit: Quidam Eruditus ad marginem Codicis Laërtiani notavit ad illud Epigramma: *Ἐνιοὶ γὰρ καὶ τῆτον τὸν τρόπον τελευτῆσαι φασὶν αὐτόν. Quidam enim dicunt eum & hoc modo mortuum esse.*

Ib. S. 57. E. A. p. 399.

Ὡς ἢ βλίττει· λόγος δὲ ἔδαμῶσ.

Hic

Hic aliquid deest ; Scribe : Ὡς ἢ βλίττει , λέξις μὲν ἐστὶ λόγος δὲ ἔδ.

Ib. S. 61. E. A. p. 402.

Ἐιδικώτατον δὲ ἐστὶν , ὃ , εἶδος ὄν , εἶδος ἐκ ἔχει , ὥσπερ ὁ Σωκράτης.

Hem ! quomodo Socrates speciem specialissimam constituere possit , cum ἄτομον seu individuum sit ? Scribendum itaque sequenti vel simili modo : Εἶδος ἐκ ἔχει . οἶον , ὁ ἄνθρωπος ἄτομον δὲ λέγεται τὸ καθ' ἑκάστον , ὥσπερ ὁ Σωκράτης.

Ib. S. 66. E. A. p. 405.

Διαφέρει δὲ ἀξίωμα , καὶ ἐρώτημα , καὶ πύσμα , προστακτικὸν , καὶ ὀρκικὸν , καὶ ἄ.

Quia apud Suidam in voce Ἀξίωμα habetur : Διαφέρει δὲ ἀξίωμα , καὶ ἐρώτημα , καὶ πύσμα , ἐστὶ γὰρ προστακτικὸν , ὀρκικὸν &c. Kühnius exinde existimabat , ἐστὶ γὰρ ex textu Laërtii excidisse. Ego vero in utroque Laërtio & Suida restituendum esse puto , ἐτι δὲ . ut legatur : Καὶ πύσμα ὅτι δὲ προστακτικὸν &c. apud Suidam etiam pro αἰτιατικὸν δὲ ἀποκρίσεως scribetur ex Laërtio αἰτητικὸν δὲ ἀποκρ.

Ib. E. A. p. 406.

Πύσμα δὲ ἐστὶ πρᾶγμα πρὸς ὃ σ. ἐκ ἔστιν ἀποκρ. ὡς ἐπὶ τῷ ἐρωτήματος , ναί. - -

Hæc manca esse quis non videat ? hoc aut simili modo restituenda : Πύσμα δὲ ἐστὶ πρᾶγμα , ὃ λέγοντες πυνθανόμεθα , οἶον , πᾶ ὀικεῖ Δίων ; πρὸς ὃ συμβολικῶς ἐκ ἔστιν ἀποκρίνεσθαι. &c.

Ibid.

Ibid. Seg. 68. E. A. p. 407.

Τῶν ἀξιωμαίων τὰ μὲν ἐσὶν ἀπλά, τὰ δ' ἔχ ἀπλά.
 - - ἀπλά μὲν ἔν ἐσὶ τὰ συνεχῶτα ἐξ ἀξιώματος
 μὴ διαφορευμένε, ἢ ἐξ ἀξιωμαίων· οἷον τὸ, ἡμέ-
 ρα ἐσὶν· ἔχ ἀπλά δέ ἐσὶ, τὰ συνεχῶτα ἐξ ἀξιώ-
 ματος διαφορευμένε, ἢ ἐξ ἀξιωμαίων· ἐξ ἀξιώ-
 ματος μὲν διαφορευμένε, οἷον, εἰ ἡμέρα ἐσὶν· ἐξ
 ἀξ. - - -

Ista corrupta esse, nisi cui nares βλέννα plane re-
 pletæ sint, nemo non viderit; Scribenda plane
 sunt sequentem in modum: Ἀπλά μὲν ἔν ἐσὶ τὰ
 μὴ συνεχῶτα ἐξ ἀξιώματος διαφορευμένε, ἢ ἐξ ἀξ.
 οἷον τὸ ἡ. ἐ. ἔχ ἀ. δέ ἐ. τ. σ. ἐξ ἀ. διαφορευμένε, ἢ
 ἐξ ἀξιωμαίων. ἐξ ἀξιώματος μὲν διαφορευμένε, οἷον,
 εἰ ἡμέρα ἐσὶν, ἡμέρα ἐσὶν. Pro διαφορευμένε ubi-
 que scribendum esse διαφορευμένε, & pro exemplo
 ἀξιώματος διαφορευμένε poni debere εἰ ἡμέρα ἐσὶν, ἡ-
 μέρα ἐσὶν, jam vidit Henr. Valesius, teste Mena-
 gio, cui etiam ipse Menagius optime assentitur; Kühnii
 vero hic plane ineptit, nec ista intellexit.

Ibid. S. 78. E. A. p. 412.

Συλλογιστικοὶ μὲν ἔν ἐσὶν, οἱ ἦτοι ἀναπόδεικτοὶ ὄν-
 τεε, ἢ ἀναγόμενοι ἐπὶ τῆε ἀναποδείκτεε κατὰ τι-
 τῶν θεμάτων, ἢ τινε. οἷον οἱ τοιῶτοί· Ἐι πε-
 ριπατεῖ Δίων, κινεῖται ἄρα Δίων.

Scribe: Ἐι περιπατεῖ Δίων, κινεῖται Δίων· περι-
 πατεῖ δὲ Δίων, κινεῖται ἄρα Δίων.

Ib. S. 83. E. A. p. 414.

Ἐι μὲν γὰρ τὸ λογικὸν τί δεῖ λέγειν περὶ τε ὀνο-
 μάτων

μάτων ὀρθότητος, ὅπως διέταξαν οἱ νόμοι ἐπὶ τοῖς ἔργοις, ἐκ ἧν ἔχειν εἰπεῖν.

Varii varie hunc locum intelligunt & interpretantur: Omnes frustra. Sic vero scribendus est: Primo post δεῖ λέγειν signum interrogationis ponendum, ea enim ad proxime præcedentia referri debent: Πάντα γὰρ τὰ πράγματα διὰ τῆς ἐν λόγοις θεωρίας ὀρθῶσθαι, ὅσα τε τῷ φυσικῷ τόπῳ τυγχάνει, καὶ αὐτὰ πάλιν ὅσα τῷ ἠθικῷ. Quorum sensus: Omnes res sive ad Physicam sive ad Ethicam pertineant, perspicui per speculationem quæ in syllogismis fiat. Λόγος enim hic syllogismum designat; Quibus dein subjungitur a Laërtio: nam ad Logicam partem Philosophiæ quid opus est dicere, illam videlicet θεωρίαν ἐν λόγοις aliquid conferre? Et quidem Stoicos in tres partes Philosophiam distribuisse ex superioribus apud Laërtium Seg. 39. notum esse potest: Τριμερῆ φασὶν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον· εἶναι γὰρ αὐτῶν τὸ μὲν τι φυσικόν, τὸ δὲ ἠθικόν, τὸ δὲ λογικόν. Dein in loco proposito scribendum: Περί δὲ ὀνομάτων ὀρθότητος &c. ἔργον autem hic est res quæcumque.

Ib. S. 85. E. A. p. 416.

πρῶτον οἰκεῖον λέγων εἶναι παντὶ ζῳῷ τὴν αὐτῶν σύσασιν, καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν.

Apud Suidam in ὀργμῇ sic legitur: Πρῶτον γὰρ οἰκεῖον παντὶ ζῳῷ ἢ σύσασιν, καὶ ἢ ταύτης σύνδεσις. Hinc omnino Menagius ex his Suidæ verbis legendum putat apud Laërtium etiam σύνδεσις. Verum Menagi tota aberras via: Potius Suidas ex Laërtio hic corrigendus, & apud Suidam συνείδησις etiam scribendum; Ineptum enim hic est omnino σύνδεσις.

Dicit

Dicit ergo hic Chrysippus, *cuique animanti primum familiare & conveniens esse sui ipsius compagem, & huius compagis sensum quendam & conscientiam.* Σύστασις itaque compositio & constitutio partium omnium animantis, & huius constitutionis quidam videtur esse sensus, quo animal impellitur ad has vel illas actiones, ita ut si animal robustam & validam, vel debilem & imbecillam partium habeat compagem, illud feratur ad ea suscipienda, quæ huic vel illi compaginationi fuerint congrua.

Ib. S. 86. E. A. p. 417.

Τὸ κατὰ λόγον ζῆν ὀρθῶς γίνεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν.

Scribe αὐτοῖς (scilicet λογικοῖς) κατὰ φύσιν. Sensusque verus est: *vivere secundum rationem, recte esse iis (rationalibus) secundum naturam vivere.* Unde Zeno Paulo post Segm. 87. hominis finem dixit, τὸ ὁμολογεμένως τῇ φύσει ζῆν· ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν· ἀγαθὸν γὰρ πρὸς ταύτην ἡμῶς ἡ φύσις. Simili modo dictum est superius Seg. 86. de ratione carentibus: Τέτοις μὲν τὸ (sic enim legendum, non ut Amstelodamensis Editio τῷ male legit) κατὰ φύσιν, τὸ κατὰ τὴν ὀρθὴν διοικεῖσθαι, quorum sensus: *Animalibus ratione carentibus secundum naturam vivere, esse, secundum impetum & instinctum suum ferri & vivere; ἄλογα secundum naturam vivere, quando vivunt eo modo, prout a naturali instinctu impellantur.* Ubi obiter notari potest Kühnium, quia sensum loci non est affecutus, imprudenter hiatum hic esse existimare. Animadvertendum etiam magnum Salmasium in Notis ad Simplic. Epict. mecum de explicatione huius loci consentire: Ibidem vero priorem locum legere omittendo τοῖς vel αὐτοῖς.

Ibid.

Ib. S. 89. E. A. p. 419.

Φύσιν δὲ Χρῦσιππος μὲν ἐξακείει, ἢ ἀκολέθως
δεῖ ζῆν.

Scribe omnino ἐξακείειν, & sensus, quem alias
Interpretes non assequuntur, erit planissimus iste:
Χρῦσιππος τέλος φησὶ, τὸ ἐξακείειν τὴν φύσιν, ἢ ἀκολέθως.
d. ζ.

Ib. Segm. & pag. iisd.

Ἐν αὐτῇ τε (subint. ἀρετῇ) εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν,
ἅτε ἔσῃ ψυχῇ πεποιημένη πρὸς τὴν ὁμολογίαν
παντὸς τῆ βίης.

Interprètes ista sic vertunt: *Et in ipsa (sc. virtute)
consistere beatam vitam: utpote quæ sit animæ insita ad
consensionem totius vitæ.* Referunt ergo sic illud ἔσῃ
ad præcedens ἀρετῇ, & ipsum ἔσῃ positum acci-
piunt pro ἐνέσῃ, ut possit existimari Dativum se-
quentis ψυχῇ ab eo regi. Sed inepte omnino:
Non dubito quin scribendum sit: ἅτε ὕσῃ ψυχῆς
πεποιημένης πρὸς τὴν ὁμολογίαν παντὸς τῆ βίης. Error iste
inde natus erat, quod olim illud iota, quod
nunc subscriptum vocatur, ipsa τῆ i. litera ex-
primeretur, Librarii dein hujus rei ignari (præ-
cipue cum literæ aliquantulum erasæ fuerint) mox
pro iota aliam literam, mox vero pro alia lite-
ram iota substituerunt. Noster locus e. g. olim
sic scriptus fuisset: ἅτε ὕσῃ ψυχῇ πεποιημένη &c.
Supplendum adhuc ad ὁμολογίαν τῆ βίης verba quæ
requiruntur, τῇ φύσει, sensusque verborum hic est:
*Utpote cum anima facta sit ad convenientiam totius vi-
tæ cum natura.* Virtutem enim Stoici positam esse
docebant in hoc, ut naturæ convenienter viva-

tur : istud autem fieri si rectam rationem ubique homo sequatur. Diogenes in Zenone Segm. 87.

Πρῶτος ὁ Ζήνων - - τέλος εἶπε τὸ ὁμολογημένως τῆ φύσει ζῆν. Primus Zeno dixit finem, seu summum bonum hominis esse, convenienter naturæ vivere.

Ib. S. 90. p. ead.

Ἀθεωρήτες δὲ, τὰς κατὰ παρέκτασιν θεωρημένας ταῖς ἐκ τῶν θεωρημάτων συνεσηκίαις, κ. ὕ.

Scribe : τὰς κ. παρέκτασιν θεωρημέναις ταῖς ἐκ τ. ζ. συνεσηκίαις :

Et sic demum sensum habebis aptum : dicitur enim : Virtutes ἀθεωρήτες, quæ ex contemplatione non habeantur, simul consistere per supra productionem vel consequentiam quandam cum illis virtutibus, quæ θεωρέμεναι, contemplativæ sint. Itaque θεωρέμεναι ἀρεταὶ hic sunt, quæ paulo superius ἐπισημονικαὶ καὶ θεωρηματικαὶ appellantur : talis est etiam σωφροσύνη, quæ propterea mox apud Auctorem τεθεωρημένη vocatur.

Ib. S. 94. E. A. p. 423.

Ὅθεν αὐτὴν τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μετέχον ἀ. ἀγαθὸν τριχῶς ἔτω λέγεσθαι ὅιον, τὸ ἀγαθὸν ἀφ' ἧ σ. ὡς τ. π. τ. κατ' ἀρετὴν ὑφ' ἧ δὲ ὡς τ. σπ. τ. μ. τ. ἀ.

Locus iste a Lipsio L. 11. Manud. ad Stōic. phil. diff. 22. p. 98. & ab ipso Menagio mutilus habetur, cum tamen integer sit, nisi quod transposita habeat omnia : totus locus itaque sic scribendus : Ὅθεν ἀγαθὸν τριχῶς ἔτω λέγεσθαι ὅιον, τὸ ἀγαθὸν ἀφ' ἧ συμβαίνει, αὐτὴν τε τὴν ἀρετὴν ὑφ' ἧ δὲ, ὡς τὴν πράξιν τὴν κατ' ἀρετὴν καὶ τὸ μετέ-

χον αὐτῆς , ὡς τὸν σπυδαῖον τὸν μετέχοντα τῆς ἀρετῆς.

Ib. p. ead.

Τοιοῦτον δ' εἶναι τ. ἀ. ὥσε μ. τὰς τε π. τ. κ. ἀ. καὶ
τ. σπ. εἶναι ἐπιγεννήματα δὲ - - -

Locus sic scribendus : Τοιοῦτον δ' εἶναι , (scilicet
τὸ ἀγαθόν ,) τὴν ἀρετὴν , τὰς τε πράξεις τὰς κατ'
ἀρετὴν , καὶ τὰς σπυδαίους , ὥσε μετέχοντα * εἶναι
ἐπιγεννήματα δὲ - - - hic vocantur μετέχοντα ἀρε-
τῆς non solum σπυδαῖοι , sed ipsæ etiam actiones
secundum virtutem , ut paulo post S. 95. μετέ-
χοντα κακῶν vocantur αἱ πράξεις αἱ κατὰ κακίαν
καὶ οἱ φαῦλοι.

Ib. S. 140. E. A. p. 453.

Ἐξώθεν δὲ αὐτῷ (sc. κόσμῳ) περιεχυμένον εἶναι
τὸ κενὸν ἀπειρον ὅπερ ἀσώματον εἶναι. ἀσώματον
δὲ τὸ οἶόν τε κατέχεσθαι ὑπὸ σωματίων ἔκατεχο-
μένῳ.

Hic quidem κατεχόμενον legi in quibusdam Codi-
cibus jam diu a nonnemine observatum est , &
Menagius Codicem Regium eodem modo legere
testatur , & sic etiam legendum esse recte putat.
Kühnius tamen ad ista : Descriptio τῆ ἀσωμάτε
manifeste mendosa est : Lego ex conjectura : Ἀσώμα-
τον δὲ τὸ οἶόν τε κατέχειν , ὑπὸ σωματίων ἔκατεχο-
μένον , ex Suida , quod potest continere , ipsum vero
a corporibus non continetur. Sed quid amplius in
hoc Laërtii loco corrigendum restet , si κατεχόμε-
νον scribatur , non video : & sensus verborum
propositorum est iste : Extra mundum autem circum-
fusum esse vacuum infinitum , quod incorporeum esse do-
cent :

cent : incorporeum autem vel inane , quod occupari quidem à corporibus potest , non tamen occupatur : quo quid clarius fingi potest ?

Ib. L. VIII. Vit. Pythag. S. 9. E. A. p. 494.

Τὴν μέθην ἐν ἀνθρώποις νοὸς βλάβην καλεῖ.

Aldobr. vertit : *Ebrietatem in mentis flore detrimentum appellat* : sic legit etiam Codex Manusc. Reg. Paris. n. 3130. satis antiquus & bonæ notæ ; Stephani editio habet , ἐν ἀνθ' ἐνὸς βλάβην ; ita etiam Cod. Man. R. Par. recentior n. 3131. If. Casaubonus hanc lectionem etiam probat , ut testatur M. Casaubonus , ac vertit , *uno verbo* , quasi esset ὡς ἐν ἀνθ' ἐνὸς εἰπεῖν ; Quæ quidem formula loquendi apud Eustath. exstat , Iliad. α Edit. Basil. p. 99. Ἐισὶ δ' ἔλοχύται , ὡς μὲν ἐν ἀνθ' ἐνὸς εἰπεῖν , τὰ προθύματα : Verum hac quidem interpretatione sensus quidam habetur : ast nullus notabilis , ut inter dicta celebrioris alicujus Philosophi reponi meruerit. Menagius legendum putat , ἐν ἀνθ' ἐνὸς νοὸς βλάβην καλεῖ , i. e. *Ἔ ebrietatem ἔ mentis detrimentum pro uno eodemque usurpat* , vel potius τὴν μέθην εἰώθει νοὸς βλάβην καλεῖν , *ebrietatem solitus erat mentis detrimentum appellare*. M. Casaubonus legendum vult ἐναντίον βλάβην , vocabulo quod nullibi reperitur : ut sensus esset : *Ebrietatem tale damnum esse , quod ad mentis perniciem proprie pertineret*. Ego missis omnibus istis legendum esse affirmo εὐαλθῆ νοὸς βλάβην , ut sensus sit : *Ebrietatem esse mentis detrimentum facile sanabile , insaniam facile sanabilem*. Νοὸς βλάβη certe nil aliud est quam *mentis perturbatio , perversus mentis status* , malum certe admodum grave , nec facile sanabile : vocat

itaque Pythagoras ebrietatem *ευαλθῆ νοὸς βλάβην* ;
mentis perversitatem, mentis insaniam, quæ ab illa
 alia, quæ morbus est, eo solo differat, quod
 facile sanari possit; Et proin ebrius Pythagoræ est
 idem plane cum mente capto, nisi quod ebrius
 haud difficulter mentem recuperet, crapulam ni-
 mirum edormiendo. Et quam facilis sit corru-
 ptio, *ευαλθῆ* in *ἐν ἀνθει*, nullus nescit quam qui
 Manuscripta nunquam quidem inspexit, ubi in-
 numerata talia in aliis verbis fieri observatur.

Ib. S. 14. E. A. p. 500.

Ὡσε ἔλεγον τὰς γνωρίμους αὐτῆ, παντοίας θεῶ
 φωνάς.

Adhæc Isaac. Casaubonus: *Deest hic aliquid, quod
 dissimulavit Ambrosius. Rittershusius, notante M.
 Casaubono & Menagio, pro τὰς γνωρίμους repo-
 nit τὰς γνώμας. Ipse M. Casaubonus opinatur
 Laërtium sic scripsisse: Ὡσε ἔλεγον τὰς γνωρίμους
 αὐτοῦ παροιμίας; θεοῦ φωνάς. Kühnius vellet legere:
 Ὡσε λέγειν τοὺς γνωρίμους τὰ αὐτῆ παντοίας θεῶ φωνάς.*
 (*) Ego vero prorsus nescio quid his in mentem ve-
 nerit, ut de emendatione hujus integerrimi loci cogi-
 tarent; Sensus ejus satis planus hic est: *Ita admirati
 sunt homines & venerabantur Pythagoram; ut etiam ejus
 Discipulos nominarent diversas & varias Dei voces, di-
 versa ora, per quæ Deus effata sua proloqueretur. Quid
 magis*

(*) Etiam jam supra citatus Cl. TRILLERUS hic sym-
 bolum suum affert, Lib. II. Observat. Critic. c. 18.
 p. 124. ubi dicit hunc Laërtii locum sibi ita legendum
 videri: Ὡσε ἔλεγον τὰς φρονίμους αὐτῆ μαντείας Θεῶ φωνάς,
 h. e. In tantum omnibus admirationi erat Pythagoras,
 ut sapientissima ejus effata vocarent Dei voces, J. W. H.

magis planum fingi possit? Et iste Deus est ipse Pythagoras, quem supra Seg. XI. ab ipsis suis Discipulis Apollinem habitum a Laërtio scribitur: Καὶ αὐτῷ οἱ μαθηταὶ δόξαν ἔειχον περὶ αὐτῷ, ὡς εἶπεν Ἀπόλλων ἐξ ὑπερβορέων ἀφιγμένος.

Ib. S. 20. E. A. p. 505.

Μαντικῇ τε ἐχρήτητο, τῇ διὰ τῶν κλυδόνων τε καὶ οἰωνῶν.

Ego prorsus existimo legi debere κλυδόνων. Hesych. κλυδών, Χώρα, καὶ ἢ τῷ ὕδατος φορᾷ, ἢ κυμάτων σφοδρότης. Et hujus divinationis διὰ κλυδόνων, per aquæ agitationes factæ reperiuntur apud Auctores exempla. Plutarchus in Cæsare mulierum hoc vaticinandi genere in exercitu Germanorum Regis Ariovisti utentium meminit, ejus verba hæc sunt: Ἐτι δὲ μᾶλλον αὐτὰς ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἱ ποταμῶν δίναις προσβλέπεσαι καὶ ρευμάτων ἐλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι προεθέσπιζον, ἐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι, πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. De ipso Pythagora narrat Eusebius Præpar. Evang. (cit. Menag. ad Laërt. L. VIII. de Vit. Pythag. S. 24.) quod διψήσας ποτὲ ἐν Μεταπαντίῳ, καὶ ἐκ τινος φρέατος ἀνιμήσας καὶ πρὶν προεῖπεν, ὡς εἰς τρίτην ἡμέραν ἔσοιτο σεισμός. Hujusmodi signa quæ in aquis observabantur a Vatibus vocabantur Γλώσσαι. Hesychius: Γλώσσαι, φωναὶ καὶ σημεῖα ἐπὶ τῷ ὕδατος παρὰ τοῖς θύταις. Non ergo audiendi sunt Seping. & Scalig. qui hic apud Hesych. pro ὕδατος forte ponendum ἠπατος esse putant; Imo apud eundem Hesych. in παταμὸς pro ἠπατος ponendum ὕδατος. Et θύτης explicante eodem Hesych. est μάντις, ἱεροσκόπος.

Ipsæ etiam Nymphæ habebantur ἑφοροὶ τῆς μαντικῆς, teste Schol. Aristoph. in εἰρήν. κληδόνων denique hic non posse locum habere, conici potest etiam ex sequentibus Laërt. S. 32. ubi κληδόνες distinguuntur ab omni divinatione: μαντικὴν τε πᾶσαν καὶ κληδόνας καὶ τὰ ὅμοια.

Ib. S. 24. E. A. p. 507.

Μαντικὴν πᾶσαν τιμᾶν.

If. Casaubonus putat potius ἢ τιμᾶν legendum esse, quia antea a Laërtio dictum sit, quod Pyth. usus fuerit divinatione τῇ διὰ τῶν κληδόνων (vel potius κλυδόνων) καὶ οἰωνῶν. Et acerbe simul invehitur Casaubonus in Laërtium, dicens: *Sed Laërtius quocumque rapit tempestas, eo defertur hospes, securus eorum, quæ ante scripserat.* Sed o Casaubone ne intempestivus ita te rapiat emendandi impetus; Laërtius profecto hic immerito a te vapulat; Toto cælo differunt μαντικὴν πᾶσαν τιμᾶν, & χρῆσασθαι μαντικῇ τῇ διὰ κλυδόνων καὶ οἰωνῶν. Poterat Pythagoras uno vel altero divinandi modo uti, & tamen reliquam omnem divinationem honorare, vel præcipere ut alii honorent.

Ibid. p. ead.

ᾠδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν, ὕμνων τε θεῶν καὶ ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔυλογον χάριν ἔχειν.

Post ἀγαθῶν punctum ponendum, nam ἔυλογον χάριν ἔχειν est peculiare monitum Pythagoræ non pertinens ad præcedens, & eo nos admonet, ut operam demus, quæ congruam rationi leporem & venustatem, vel elegantiam, decentemque gratiam habeamus.

III.

mus. Adeo quippe verum est illud Pindari Olymp.
Od. 1.

Χάρις δ' ἅπερ ἅπαντα τεύ - -
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
Ἐπιφέρεισα τιμάν.

Ib. S. 32. E. A. p. 514.

Μηδέ ποτε δὲ ἤρεμεῖν, μηδὲ τὸν αὐτὸν ῥόον κρατεῖν.

Scribe : μηδέν ποτε ἤρ. *nihil unquam quiescere.* Nihil enim profecto in rerum natura quiescit, omnia fluxa & in motu sunt posita; *nec eadem fluxio obtinet;* cum ut revera Antiquus ille dixerat, in idem flumen non datur bis descendere. Frustra ergo est Kühnius, qui pro ῥόον nos νόον legere jubet.

Ib. Vit. Empedocl. S. 63. E. A. p. 532.

Μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν Φησι Ποταμίλλα,
ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατῴκην ὄγδοήκοντα.

Vox Ποταμίλλα neutiquam ad textum Laërtii pertinet: & optime in quibusdam Editionibus est omissa: eam tamen Menagius Regias Membranas agnoscere, Palat. vero Cod. ποταμὸν ἄλλοι legere testatur, dicitque: *Ignoratissimam sibi omnium foeminarum hanc foeminam esse.* Facile crediderim Menagi Te de hac foemina nihil scire, cum ea nunquam in mundo extiterit. Kühnius de hoc Ποταμίλλα meras nugas. Utique e textu est hoc Ποταμίλλα eiiciendum; Ex margine enim illud in textum esse transfusum non dubito, & in margine sine dubio Librarius scriptum repererat, Ποταμὸν ἄλλως. Et hoc notaverat quidam primum ad marginem, quoniam alias fluvium designat

νοχ Ἀκράγας, cum ea hoc in loco ipsam Urbem significet. Et paulo superius apud Laërtium ipsius fluvii hujus Ἀκράγαντος, ad quem posita erat Urbs Agrigentum, mentio fit :

ᾠ φίλοι οἱ μέγα ἄστὺ κατὰ ξανθῆ Ἀκράγαντος
Ναίετ'. - - -

Scholias tes Pindari ad Olymp. Od. 2. ubi Theron vocatur a Poëta ἔρειτμ' Ἀκράγαντος, notat: Ἀκράγας πόλις καὶ ποταμὸς Σικελίας. & paulo post ad Poëta ὀρθόπολιν: διὰ τὸ ἐνοικῆσαι τὴν Ἀκράγαντα, ὁμώνυμον ἔσαν τῷ ὁμώνυμῳ ποταμῷ Ἀκράγαντι. Et idem Scholias tes paulo inferius ipsam Urbem a fluvio nomen accepisse testatur.

Ib. L. IX. Vit. Zen. Eleat. S. 25. E. A. p. 564.


Ὁ δ' αὐτὸς (Πλάτων) ἐν τῷ σοφιστῇ καὶ Ἐλεατικὸν Παλαμῆδην αὐτὸν καλεῖ.

Fallitur Laërtius, in Sophista Platonis nulla fit mentio Palamedis Eleatici, sed utique in ejus Phædro; Verba Platonis hæc sunt: Ἀλλ' ἢ τὰς Νέσορος τε καὶ Ὀδυσσέως τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀπήκοας, αἳ ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντε συνεγραψάτην, τῶν δὲ Παλαμῆδης ἀνήκοος γέγονας; Καὶ ναὶ μὰ Δία ἔγωγε τῶν Νέσορος, εἰ μὴ Τοργίαν, Νέσορά τινα κατασκευάζεις ἢ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσέα. - - Τὸν ἐν Ἐλεατικὸν Παλαμῆδην λέγοντα ἐκ ἴσμεν τέχνη &c. Superest tantum ut quæeratur an Zeno iste a Platone hic in Phædro Eleaticus Palamedes vocetur. Quintilianus quidem Instit. Orat. L. III. c. 1. Alciamantem Eleaten putat a Platone designari; Menagius ad Laërt. hac Quintiliani assertione motus etiam suspicatur Platonis verba de hoc Alciamante

damante esse intelligenda. Verum errat Quintilianus : Alcidamas non erat Eleates. Eleates vel Eleaticus dictus est ab Oppido Elea, Phocensium Colonia in Italia. De hac Strabo Geograph. L. VI. Κάμψαντι δ' ἄλλος συνεχῆς κόλπος, ἐν ᾧ πόλις, ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαίῃς Ἰέλην, οἱ δὲ Ἕλληνας ἀπὸ κρήνης τινός, οἱ δὲ νῦν Ἐχέαν ὀνομάζουσιν, ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο ἄνδρες Πυθαγόρειοι. Hesychius : Ἐλεάτης κατὰ μὲν Ἀπολλώνιον Ἐλεατικός ἀπὸ πόλεως Ἐλέας, διὰ τὸ Φωκαέων εἶναι τὴν Ἐλεάτας ἀποίκους. Alcidamas vero erat ex Urbe Asiæ Elæa, cujus incolæ vocabantur Elæenses, Græce Ἐλαῖται. Suidas : Ἀλκιδάμας ἀπὸ Ἐλέας (scribe Ἐλαίας) τῆς Ἀσίας, - - μαθητὴς Γοργίας τῆς Λεοντίνης. Idem in Γοργίας. Γοργίας - - διδάσκαλος Πύλλου - - καὶ Ἀλκιδάμαντος τῆς Ἐλάτης, ubi omnino scribe τῆς Ἐλαίτης. Idem Suidas porro in Ἐλέα. Ἐλέα ὄνομα πόλεως, ἡ Πατρίς Ζήνωνος. αὕτη πρότερον Ἰέλη ἐκαλεῖτο. Φωκαέων ἕσσα ἀποικία. - - λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα πόλις Ἐλαία διὰ διφθόγγου, ἣς ὁ πολίτης Ἐλαίτης. Urbis vero Asiæ Elææ ejusque incolarum Elæensium mentio fit apud Livium Histor. Rom. L. VII. Item Polybium in Excerpt. Legat. XXI. ubi eos, qui Elæenses a Livio dicuntur, Ἐλαῖτας vocat. Et Suidas rursus in Ζήνων. Διαφέρει δὲ Ἐλεάτης καὶ Ἐλαίτης. Et profecto cum Palamedes inventione variarum rerum inclaruerit, coniici potest Platonem nomine Palamedis designare voluisse aliquem, qui insignis alicujus inventionis gloria esset nobilitatus; Talis vero fuit Zenon Eleates : is enim inventor Artis habebatur Dialecticæ, de qua aliquid hoc in Phædri loco indicare Plato monereque volebat; Zenonem vero istum Dialecticam invenisse memorat Laertius in

ejus Vit. φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης εὐρετὴν αὐτὸν γενέσθαι
 διαλεκτικῆς. Quod vero a Platone l. c. per Elea-
 ticum Palameden significetur Zeno iste, affirmat
 etiam Hermias Philosophus sæpius jam a me cita-
 tus, cujus e L. III. Comment. in Plat. Phædr.
 hæc verba sunt: Ἀπεικάζει δὲ τὸν Γοργίαν τῷ Νέ-
 σορι, ἐπειδὴ καὶ ἀδήμων καὶ πολυετὴς ἐγένετο. ἑκα-
 τὸν γὰρ καὶ οὐκτὼ ἐλέγετο ζῆσαι ἔτη. τὸν δὲ Θρασύμα-
 χον ὡς δεινὸν τῷ Ὀδυσσεῖ ἀπεικάζει. τὸν δὲ Ἐλεάτην
 Ζήνωνα τῷ Παλαμίδῃ. ἐπειδὴ καὶ ἀριθμῶν καὶ κύβων
 καὶ πολλῶν ἄλλων εὐρετὴς ἐγένετο Παλαμίδης. ὡς τεχνι-
 κὸν ἔν τὸν Ζήνωνα παρέβαλλε τῷ παλαμίδῃ. Hinc
 vero obiter nota, quod Hermias Gorgiam cen-
 tum & octo tantum annos vixisse tradat, cum
 alii ut Quintil. l. c. & Suidas in Γοργίας, centum
 & novem ejus ætatis annos memorent.

F I N I S.



Dis-